X.
No. 13.

BIBLIOTEKA
UMCS
LUBLIN
II 45
P. 220/51/3987.

Tractatus de Scriptoribus Theologicis et Philosophicis
1699.

Caput 1.
De Notitia huius utilitate, difficultate et mediis ad eam perveniendi.

vitia eorum scriptorum.

§. 1.

Stultissimum omni tempore, qui libros vehementi prosecuti sit odio, adeoq; eorum notitiam vilipenderunt. Causæ huius odii variæ sunt, et interdum admodum diversæ. Nonnullis ignavia hoc odium inspiravit, aliis avaritia. Libros quam inquirendi pruriens, ut de Joh. Labadæo et similibus non nego, ut de Joh. Labadæo et similibus non nulli observant: diversus alios ambitio vexat, et ad libros contemnendos impellit, quod de Theophrasto Paracelso memoria proditum est, cuius effatum asserbi stultissimum: capillitii sui pilum plus sapere, quam oes Galeni sectatores: imo barbam suam plus experimentorum habere, qui oes, qui essent Academia. Accedit in quibusdam invidia. De quibus causis dibus legi merentur Spitzelius Salden nus de libris variis eorum usu et abusu l. 2. c. 1. 2. 3. seqq. 4 mi. edidit otia Theolog. A.

Plura de hoc Seldeno vid. in Bentheius Engle. & Godw. & v. D. Vaat. Prix addi his pt. superstitii, q nonnullos in transversum agit, ut iisdem de Quakeris saltem quibusdam asseri pt. vid. Crocius in historia Quakeziana, & arcanum politicum sive ratio status, q Turcas moveat, ut cum cultu ingeniorum humanita, tem ex finibus suis proscribant, nec libris adeo conceda nt locum. vid. Joh. Andreas Bosii de Imperio Turcico, Ludovicy Maracci in prodromo refutationis Alcoran: in 4. tomis in 8v. Romæ edit: 1696. imò & Pontificij libros à Pontifice condemnatos evolvendi non omittunt, unde magna, inserti in inter Italos, ignorantia, quam deplorat Joh. Vincentij Gravina in opusculis suis.

Abusus librorum non nulli.

§. 2.

Negari non pt, multos libris sæpe abuti, nam, ut nihil dicam de illis, q ad vanam & inanem ostentationem saltem libros possi, dere cupiunt, quos Lucianus graviter perstringit in dialogo περὶ τῶν πολλὰ βιβλία ἀναγινώσκοντων: ut nb. etiam dicam de illis, q libros quidem legunt, sed voluptatis saltem

BIBLIOTEKA UMCS LUBLIN II 45

& delectationis gratia, ut nullicula fabulas Romanenses. Graviter primo peccant, q existimant, rem in eo eruditionem consistere, ut multa ex variis libris corradere, aut varia scriptorum nomina, & prolatis alle, gationibus ostentare possint. Hinc fit, ut memoriam obruant, cogitationes distrahant, propria & accurata eruditionis vim in, pervertant, ingenium pariter ac judicium labefactent. Cartesius dicere solebat: Litterarum studium veterum librorum lectionem peregrinationi apud exteros similem esse, cui dum nimium indulgent quidam in pro, pria patria hospites aut peregrinei tandem fiunt. vid. Ubies in introductione ad Phi, losoph. Cartes. part. VI. §. 37. Verè experi, entia docet, multos post insignia lucti, onis tædium, rerum ipsarum, de quibus Autores egerunt, aut nullam aut levem admodum intelligentiam assecutos esse. vid. Montaigne Essais in examinibus lib. 3. cap. 9. alium finire lectionis incommodum designat male,

lebrache de ingrend. verit. lib. II. part. II. cap. 5. pct. 6. Deinde ed illi peccant, qui lectio ni libror. ita inhærent, ut doctrinæ humanæ dulcedine veluti fascinati, de divinâ sapientia non amplius cogitent, morum ed voluntatis emendationi literaq studium præferunt sua stultissimæ actionis aliquam, & gravissimas dat iuri pœnas. vid. Theophilus Spizelius de literato infelici.

§. 3.

Hos abusus, seu scopulos q evitaverit, illum non fefellerit tela eorum, q contra libros declamant. Legendi 2.) sunt in lingvis ed criticis artibus dtrum, facere paginam nemo dubitat. Historiam vero qs sine libris addiscet? Atq hæc e fundamentum eis philosophiæ omniscq eruditionis, ut bene ob, servat Thomas Campanella de libris propri, is ed recta ratione studendi cap. 2. art. 11. Historia meditationi pabulum ed alimen, tum affert: Jam vero dum in causas inqri, mq, juvat alior. qq scripta conferre, qa isti

Critica

Historia

Historia judicium.

lequq suis inventis nos labore nostro sublevant, aut cogitata à nobis confirmant, illustrant, aut errorq, si quos commisimq, nos edocent. Jam ē jam ab aliis probe dicta ed inventa sunt, ea à nobis inveniri è necesse è, si a. scire velimq, an inventa sint, opa illorum legenda sunt. Theologq intelligere debet sue, cessionem dogmatum in Ecclesia, sententias adversariorq, consensum et placita suorum, quor. cuivis adhærent, aut hæc sine neq, nisi toty in libris sit. In Theologia exegetica, inter alia subsidia, versiones, lexica, commen, tarii qq aliquid conferunt. Ergo legendi sunt libri. Eadem ratio ē Historum apud quos insuper receptæ opiniones maximam vim habent, q sine libris cognosci neq veunt. Et sic in reliquis se res habet.

§. 4.

Ergo ed notitia librorum utilis ed necessaria est, ut sciamq quos evolvere libros debeamq. Etenim cum tanta librorq mul,

Necessitas notitiæ librorq.

titudo sit, ut ea fere obruamur, cum in lon-
gè plures mali sint, quam boni, filo prorsus
vix adnêo nobis opus è in institutione, ut
inde discamus, quam legendi sint, et pro ordi-
ne quisq; notitia plane expers è, nullos
libros legere pt, quippe quos non novit, adeo
nec in ullo eruditionis aut doctrinæ gê-
nere proficere. §. 5.

Historia literaria tam longè lateq; pa-
tendit, ut illi capiendæ aut pertractandæ
ingenium humanum vix sufficere videat
Vid. Morhoff. Polyh. l. c. 2. præsertim si
ejus ambitum cousq; proferamus, quousq;
eum protulit Verulamius Lib. 2. de augm.
scient. Cap. 1. sed et si rectius nostri instituti li-
mites subsistamus, Scriptores unicuiq; di-
sciplinæ inservientes evolvamus, magna ejus
vastitas et difficultas è, si diligentiæ cedunt. §. 6.

Media ad notitiam pervenien-
di. Præsertim facile res succedet, si observe-
mus media comparandæ notitiæ horum au-
thorum inservientia. Hæc ad tria revocamus
capita, quorum I.) è librorum huc pertinen-
tium et hanc notitiam adjuvantium dili-
gens lectio. 2.) cum aliorum conversatio cum
viris eruditis, quo sumet refero literarum
commercia, itemq; peregrinationes. 3.)
Bibliothecarum, bibliopoliorum similium
locorum frequentatio.

§. 7.

Quod ad primum attinet, Autores hic
facientes diligenter recensel Morhofius
in Polyhist. lib. 1. cap. 16. segq. Nos a-
sequemur quodammodo ordinem, quem serva-
vit Valentin. Henricus Vogler Professor
Helmstad. cujus introductionem universa-
lem in notitiam cujuscunq; generis bono-
rum scriptorum anno 1691. cum notis et augmento
edendi curavit Henricus Meibomius in 4to.
Sed ita, ut saltem eos præcipuè scriptores,
qui post Morhofium scripserunt, indicemus.

§. 8.

Constituì ergo varia ejusmodi Autho-
rum clas-

ses poterunt: Prima eos continet, qui nomina
doctorat. Doctorum virorum annotaverunt,
juxta seriem temporum, quib. l. nati fuerunt,
l. maxime claruerunt, l. obierunt. Hoc com-
muniter faciunt chronologi, de quib. suo
loco. Joh. Henricus Boeder singillatim
seculorum quorundam res gestas erudit, ibiq;
virorum diligentem habuit rationem, vid. de
rebus gestis Seul. XVI. item auctores, seri-
ptoresq; historiae Ecclesiastica, inter quos
Andreas Cazii in memorabilib. histor. Ec-
clesiast. hujus seculi.

Boeclerus

Secunda Classis, quam nos addimus, comple-
ctit eos scriptores, qui itidem justa seriem
temporis certa judicia de viris doctis de-
promunt. Huc pertinet Censura celebri-
rimorum auctorum, sive tractatus, in quo varii
virorum doctor. de clarissimis cujusq; scrip-
toribus judicia tradunt, auctore Thom.
Hyde Blount Anglo Britanno l. Baz.
nette, Londini 8vo 1690. in fol. vid. Act.
erudit. Lips. ad 1693. mens. Januar. p. 24

Tertia classis completitur eos, qui ordine alpha-
betico de viris doctis egerunt, tempusq; quo
vixerunt, et scripta designarunt. Huc perti-
net Konigii Bibliotheca vetus et nova,
in qua multa omissa, multa perperam et
minus accurate dicta sunt. Henrici Conssi-
rii Brandenburgici, labor huc itidem
pertinet, qui litera C. & B. ingentem tomum in fol.
complevit, sed unus iste tomus saltem hactenus
impressus est.

Geo. Matthiae Koenigii

Sc. in allegatione nominum auctorum, et recensione scriptorum.

Cps. Hendrichii,

Quarta Classis illorum qui aliorum judicia
ita referunt, ut ordine alphabetico disponant
nomina doctorum virorum. Quo in genere
non contemnendus est labor Tobiae Mayeri,
cujus Epanagnologiam criticum ab Epp.
editum. Deinde postea a Christiano Wilhelmo
Eybenio insigni accessione auctum demo
ad 1687. prodiit.

Prima Classis eorum est, qui secundum seri-
em disciplinarum de auctoribus
agunt, uti Antonius Possevinus, in bibliotheca
selecta et apparatu sacro. Bibliothecae ejus

selecta ultima editio prodiit ao 1607. in fol. Colo-
niae Agrippinae, paucis ante ibid. 1608. Ipse Morhofius
in hunc censum referendo ei, quippe cui con-
stitutum fuit per eius doctrinam liberalis pa-
tes ires notitiam eorum subministrare,
huc spectant in specie de notitia librorum
theologicorum, iuridicorum, politicorum, pra-
ceperunt.

Sexto ad priorem classem prope accedunt,
qui eundem ordinem seruant, sed alios
iudicia de autoribus referunt. Sic Adrianus
Baillety edidit Jugements des Sauans sur
les principaux ouurages des auteurs. h.
iudicia eruditorum de scriptis primariis
autorum: tres tomi pauciis ao 1685: in 12.
prodiere, quarto ao 1686. accessit, cuius quo
partes reliquae, quantum mihi constat, nos-
dum editae sunt.

Septimo, sine ordine etiam nonnulli in-
cedunt, quorsum referri possunt, qui cen-
cuiusdam viri iudicia aut e sermonibus
aut e scriptis eius collecta in lumen
proferunt. Sic habemus Scaligeriana, Thu-
riana, Valesiana, Menagiana, Sorberiana,
quorum pauca scripta dicta excipiant, interdum mi-
dia sint, ut, si non ederentur, certis illorum
honori consuleret, quod vel exemplo colle-
giorum mensalium Lutheri patet, cautius
incedunt, qui e scriptis talia iudicia col-
ligunt. Sic Georgius Richterus edidit Crisen
Melanchthonianas de eligendis optimis qui-
busque in disciplinarum genere autoribus
Lipsiae ao 1697. in 8vo. Pariter ex iudicio
Thuani e historia eius collecta sub titulo: Elo-
giorum Thuanorum prodierunt Londini
ao 1671. in 8vo quae postea Teissierus in
linguam gallicam transtulit, e doctissimis
notis auxit, prodiitque liber Genevae, ao 1686.
Idem adhuc auctior recensu Ultrajecti
ao 1696. in 12. Titulus est: les Eloges des
hommes Sauans.

Octavo, nec praetereundi sunt, qui satyras
et censuras vehementiores in vicos doctos
scripserunt: quorsum pertinet Trajani Boc-

calini in relationibus e Parnasso. vid. de Boccalino Jano Nicio Erythraeo in Pinacothe-
ca Jeremiae i. e. Schurtzfleischii relatio-
nes e Parnasso, ut et Joh. Alberti Fabri-
cii scriptorum recentiorum de eo. Hamburgi
1688. qui de Morhofio, Clario, Abra-
hamo Berckelio, Sollio, Konigio, Lybe-
nio satis libere pronunciat, in quosdam
etiam aperte injury è.

Nono referendi sunt catalogi et
scriptores aut collectores catalogorum, sed
de iis jam ex instituto agit Philippus Labbe
in Bibliotheca bibliothecarum Lipsiae edi-
ta, et ab Antonio Teissero insigniter au-
cta, qui hunc librum sub titulo: Catalo-
gus auctorum, qui librorum catalogos, in-
dices, bibliothecas, elogia, vitas, orationes
funebres scriptis assignarunt, Genevae in
1686. in 4to. Cui sequenti anno aliud ejus-
dem accessit. vid. quoq. Morhofii Polyhist:
literar. l. 1. cap. 18

Decimo locum quoq. hic sibi deposcunt, qui vi-
tas eruditorum privatorum virorum liberis
sunt prosecuti, quos diligenter recensuit Morhofius
lib. 1. cap. 19. Huc hic addimus D. Laur. Fre-
heri Theatrum Norimbergense Viro-
rum eruditione claror. Norimb. an. 1688.
fol. editum. Inchoavit hoc opus Lauly Freche-
rus, sed ad finem perduxit Caroly Joachimi
Frecheri Pauli ex sorore Nepos. Recen-
sentur in hoc opere supra 2800. virorum
claror. gesta et scripta, inter quos 1312.
sunt, quorum effigies aeri incisae exhibentur.
Et vero Frecherus ex oibi Europae nationibus
viros doctos collegit, ita intra Franciae limites
subsistit Perraltius vel Perrault, cujus liber
les hommes illustres qui ont paru en France
pendant ce siecle denuò Lutetiae an. 1698. pro-
diit. Et vero illud videndum est, quod
Decimo observandum quosdam certae gentis, certi
temporis viros eruditos designare, eorum
vitas et scripta exhibere. Praecipuos hic
genere recensuit Morhofius lib. 1. cap. 17.

7

vid. Acta Erudit. Lipsi. a. 1686. mens. Aug. p. 380. Nos adoring illud Nicolai Antonii Hispalensis Bibliothecam Hispanicam nova laudat Morhofius lib. cit. p. 206. Sed postea etiam prodiit ejusdem auctoris Bibliotheca Hispanica vetus Romæ 1696. II. Tomis in fol. De Svecia etiam vide Joh. Scheffer. sive, cia litterata, sed multa collegit de viris erudi tis Sveciæ Joh. Mollerg. Idem quidem ille pri et Cimbria litterata partem edidit. Hæ, dem tamen, quæ ad Sveciam pertinent, adhuc non potuerunt.

Duodecimo loco hic habenda est ratio et notanda progymnasmata scriptorum seminarium eruditionis præstantium. Centuriam hujusmodi virorum eruditorum edidit Christianus Juncker, qui anno 1683. Schediasmatis sui historico de Ephemeridibus et diariis Eruditorum, ubi etiam alios autores, qui de hoc argumento scripserunt, indicat. Prodiit Lipsiæ anno 1692. in 12. Spectat huc progymnasma Egidii Menagii historia mulierum philosophantium Lugduni Batavorum anno 1690.

vid. M. Paulini Pragmatographia Scriptorum Germaniæ. Zimmer. de Eberti Gabriel. de Prediis Germaniæ alios autores à me collectos. 8

anno 1690. in 8vo edita. Decimo tertio addendi insuper sunt, qui certioribus, quales sunt in Ecclesia Romanensi, viros doctos recensent, ut in Jesuitis celebrandis primum occupatus fuit R. P. Petrus Ribadeneira Catalogo Scriptorum Societatis Jesu publicato, quem auxit magnâ curâ et diligentia usque ad annum 1642. Continuavit P. Philippus Alegambe Bruxellensis. conf. Vogleri Introduct. univers. in notit. Scriptorum cap. 26.

Decimo quarto, denique Ephemerides et Diaria eruditorum, quæ laudent, judicet pragmatica, ejusque justa seriem temporis enumerare. Primo anno 1665. Parisiis edi coepit Journal des Scavans, autore Dno de Sallo, Curiæ Parlamenti Paris. Consiliario, qui sub nomine Dn. de Hedouville latet, à variis deinceps autoribus continuatum est.

Secundo Giornale de litterati in Roma stu, ctore Francisco Nazari edi coepit an. 1668.

Tertio Giornali de letterati in Venetia, ctoribus Petro Moretti et Francisco Miletti

B.

edi coepit 1671. et continuatum est usq; ad annum 1680.

Quarto Acta Eruditorum Lipsiens. edi coeperunt ao 1682. et hodienum singulari cum specie, fu nec sine orbis eruditi applausu continuant.

Quinto Ephemerides Hamburgens. ao 1686. edi coepta, statim in ipsa verba suppressa fuit, quod et contigit Diario Gallico ao 1687.

Sexto Nouvelles de la Republique de lettres par Bayle edi coeperunt Rotterodami 1684. continuate forte usq; ad annum 1689.

Septimo Histoire des Ouvrages des Savans par Mr. Basnage edi coepit 1687. ad ultimum annum 1691. continuata fuit, nescio.

Octavo Giornali de litterati in Parma per Laurentium Pobertum et Benedictum Bacchinum, coeptum hoc opus est ao 1686. et usq; ad annum 1690. continuatum.

Nono Bibliotheque universelle et Historique par Jean le Clerc J.C. de la Crose cepit ao 1686. et postquam 20. tomi prodierunt, desiit.

Decimo Thomasii Monatliche Gedancken, prodierunt ao 1688. et 1689. continuare hanc collectionem nonnemo voluit sub titulo: Fragmenta Gedancken, sed ultra priores nescio non processit.

Undecimo Lenzelii Monatliche Unterredungen edi coeperunt ao 1689. et adhuc continuantur.

Duodecimo N. Giornali in Ferrara ao 1691. edi coepit.

Decimotertio Journal des Savans par Mr. Dauvin ao 1696. edi coepit, et adhuc continuat.

Decimo quarto nova litteraria maris Balthici anno superiori scil. 1698. edi coeperunt auctoribus Dn. Leopoldo et Mr. Mellen Lectore Lubecensi.

Decimo quinto Nouvelles de la Republique des lettres, hoc ipso anno 1699. commodum iterum edi coeperunt à Joh. Bernard qui fuit Bayli quondam socius, ut adeo sit velut continuatio Diarij n. 6. memorati. + Bayle

Alterum medium perveniendi ad notitiam bonorum librorum, è conversatio cum eruditis, quo nomine non illos tantum indigitu,

qui in magna hominis celebritate versantur, qui plurimum veræ sapientiæ et solidæ eruditionis sunt experti. Sic eos præsertim, qui in obscuro latitant, ita tamen latitant, ut criteriis quibusdam facile se prodant et dignoscant. Cæterum, quæ circa conversationem cum eruditis observari, da sint, dixi in annotatis ad Bossii librum De comparat. prud. Civili ad §. 4.

§. 10.

Cum absentibus autem colloquimur per epistolas, et sane plurimum confert ad notitiam librorum cum viris doctis instituere literarum commercia, ut adeo per eos, quid ubivis terrarum in re literaria agatur, edoceamur. Quemadmodum Epistolæ à viris doctis ad alios scriptæ, magnam prudentiæ civilis et historiæ literariæ partem complectuntur. Hinc et diligenter epistolarum scriptores recenset Morhof. Polyh. lib. 1 cap. 23. et sequ. quæ de præditis virorum doctorum epistolis egit Cap. 25. Actis addendæ, quæ post hunc Morhofium laborem prodierunt. Politicum prudentiæ et prudentiæ civilis cultorem juvabunt epistolæ Cardinalis Mazarini à Vairasse sic

edita quarum tomus primus Amstelodami 1690. tomus secundus ibid. 1693. editus est. Gallico autem idiomate hæ epistolæ sunt scriptæ. Eodem pertinent Lettres du Cardinal Duc de Richelieu, à Parisiis eo 1696. prodierunt, sed longe majorem usum promittunt Epistolæ Cardinalis Ossati denuo anno superiori 1698. cum insigni accessione et notis quibusdam historicopolitiis editæ ab Amelot de la Houssaye à Parisiis in 4to. Tanta prudentia hæ epistolæ refertæ sunt, ut in iis thesaurum prudentiæ civilis latitare recte dixerim. Ejusdem argumenti ferè sunt epistolæ Huberti Langueti, quæ hoc ipso anno 1699. hic Hagæ primum in lucem prodierunt, in quibus multa quoque ad historiam istius temporis observare licet. Politico pariter ac theologo apprimè utiles epistolæ et Commentarii Franciscæ de Vargas et Petri de Malvenda de Consilio Tridentino, quas ex hispanica lingua in Gallicam translatas hoc anno 1699. edidit Michael Le Vassor Amstelodami in 8vo. Retegantur in illis arcana dominationis papalis, et

fraudes et machinationes illorum, qui in hoc Concilio fuerunt à partibus Pontificis, manifestant, confirmantq; adeo, ut & eadem adgumento antea scripserat Petrus Suavis, Polonus S. Paulq; Sarpij in historia Concilii Tridentini. Propria do nostrum institutum accedunt Marci Antonii Gudii et Doctorum Virorum aliorum ad eum epistolæ: quibus accedunt Bibliotheca Gudiana Doctorum virorum plurimum, qui superiore et nostro seculo floruerunt, et Claudii Sarravii epistolæ, ejusdem Bibliothecæ fautores, edirarit Petro Burmanno, Ultrajecti 1697. in 4to. Multa in iis scitu digna de viris eruditis, eorum scriptis et laboribus inter alia occurrunt, ut l. principem locum merito vendicent locum. Ne præterea hic nobis è viri diligentissimi Thomas Crenij, qui in animadversionibus suis historico, philologicis, quarum hactenus 4. partes in 8vo prodierunt, plurimas virorum doctorum epistolas hactenus ineditas, in lucem produxit, cui optime de re literaria meritus est.

§. 12.

Ad Conversationem cum eruditis refero et peregrinationem, in hisce enim optima nobis erasci controversia cum viris eruditis colligendi libros varios in vestigandi bibliothecas illustriores perlustrandi. Et sane viros doctos maximum in omni genere litterarum retulisse fructum, et referre in se, et itinerario Wilhelmi Bournet Abbatis, Joannis itinere Italico des Voyages par Mr Baudelot de Dairval, et itinere Italico Tollij, et itinerario Montconysii, Burnetheim de statu Ecclesiæ libri tum in Anglia tum in Belgio peregrato itidem et ejus in has regiones itinere patet.

Sed ne scopo hic excidamus, prudentia peregrinandi non negligenda est, ad quam manuductionem Loederi in diss. de peregrinatione Germanorum, item Horatij in Ulysse, et id genus alij scriptores, videlicet haud raro solliciti, cum instruant, facile tamen, si quilibet vir doctus observare debeat, inde capi possunt. Adde dicta ad Brissium de compar. prud. civil. §. 4.

§. 12.

In peregrinationibus camprimis sese offerunt Bibliotheca et Bibliopolia, quorum frequentationem ultimo loco inter media notitiam Auctorum sibi comparandi attuli. Juvat autem praestantiores Bibliothecas cognitas habere, ne quae perlustrari promerenti praetereant à nobis. Consulendi ergo sunt scriptores, qui de Bibliothecis praesertim modernis egerunt, quos inter eminet Johannes Lomeyerus cujus liber de Bibliothecis altera vice prodiit Ultrajecti ao 1680. in 8vo. Eqridem nec is suis naevis caret, nec Auctor tantum diligentiam et curam, praesertim in recentioribus secutum attulit, quantam argumentum tam dignum reperebat, sed eum meliores non habeamus, illo contenti simus oportet. Extant et speciales Bibliothecarum gravandum descriptiones itidem non negligendae. Sic de Vaticana habemus Mutium Vansam et Angelum Rocca de Vindobonensi, Petrum Lambecium, ejus licet 8vo tomi extent de hac Bibliotheca

sic tamen ad mediam ejus partem venit, ejus labori praemortuus est.

Successit illi Daniel Nesselius qui Breviarium continuationem et supplementum Commentariorum Lambecianorum sive catalogum Manuscriptorum graecorum et orientalium Bibliothecae caesareae edidit Norimbergae 1690. tot enim extat e bibliotheca caesarea per Budersem, de qua extat dissertatio Julii Pflugii 1686. in 8. edita. De fatis Bibliothecae earum cum catalogo librorum in arce Budensi repertorum. Hermanni Conringii Bibliotheca antiqua seu historia Bibliothecarum et Gesneriana aliorumque labores, ob alios cum commentatos asserre supersedeo. De Catalogis quoque Bibliothecarum jam suprà dictum est.

§. 13.

Veterum sedes praecipuae et Bibliothecae virorum doctorum iis in locis, in quibus sunt academiae. Hinc et peregrinator doctrinae cupidus haec loca camprimis adibit. De academiis universi orbis scripsit Jacobus

Hildendorpij, q viam adeo ad notitiam
Academiarum monstrare pt, si recentiores
postea condite addant. Laudat à non,
nullis Banleg de Academiis Gallie, de Ge,
manie academiis scriptores juris publici
passim agunt. Anglie et Belgii federati
Academias non ita pridem accurate et co,
riosè descripsit Henricus Rudolphus Be,
heim in fug. E. n. 8. 87 ad. De Academ,
Lipsiana extat libellus Joh. Laurovij de
1682. in 4to edito, sit et aliarum Aca,
demiarum scriptores extant.

Hucpertinet m. Fridr. Lucas Fasciculus scriptor. Helicon. cap. 4. de Ach. cyii.

§. 14.

Ad Academias proxime accedunt societa,
tes literaria, qua itidem Academiarum
nomine quandoq venire solent. Has cogni,
tas habere bonarum artium cultori multum
prodest. Introductionem in earum notiti,
am edidit Gottfried Vockerodt, ea qua carte,
ra huc pertinentia haberi possunt. Sed
hac de mediis notitiam Autorum compa,
randi sufficiunt.

Caput 2.
De Methodo recte judicandi de Libris.

§. 1.

Non sufficit ad solidam librorum notitiam
tenere nomina Autorum, eaq recitare per,
se, sed judicium accedat, necesse è, quo pra,
vi libri à bonis, vulgares à selectis discerna,
tur. Necessitatem et dignitatem hujq insti,
tuti comendat Edmundus Richerius in obstetric
Autorum cap. 8. §. 5. Sed qua de methodo
et ratione judicandi ibidem tradit, levia sunt,
accuratior hac in re Adrianq Baillety in Jugemens des Scavans sur les
principales Ouvrages des Auteurs tom. 1.
qui huic disputationi tuti q destinatq. Sed
nos ea saltem, q nobis hac de re la men,
tem venerunt, asseremus.

§. 2.

Ad judicium de Autore recte formandum tria
requiro 1. ut tum Auctor tum liber ipse pro,
be cognitq atq diligenter perlectq sit. De ig no,
to enim judicium ferre temerarium et stultum

foret. Si autor autem incognitus, sit liber ipse
sæpe non recte intelligi potest. 2. Ut præ-
judicia, quæ nos haud raro impellunt ad li-
brum laudandum aut vituperandum, dilige-
ter à seriò negligenter. 3. ut penetratim
virtutes et vitia librorum teneamus, et cuncta
rite ad librum, de quo judicium ferimus, ac-
commodemus.

§. 2.

Autorem ut plurimum indicat ipse titulus libri.
Sed interdum latitare autores cupiunt, suisq;
adeo scriptis, aut nullum nomen, aut fictum
aliquod apponunt; hinc libri anonymi et
pseudonymi. Quæ causa autores, ut tale q
committant, impellit, nunc non indagabimus.
Id saltem monemus: ad Pseudonymos
pertinere omnes libros suppositivos, qui ab
aliis viris doctis tribuuntur, ut libris eo
majus pretium, majoremq; autoritatem con-
cilient. In veris itaq; autoribus à falsis di-
judicandis, magna pars Criticæ occupata
est, eamq; diligenter exercuit et coluit Joh.
Clericus in arte critica part. 2. In scriptis

bus Ecclesiasticis ejusmodi fraudes olim pertinaces
frequentes fuere, hinc antiquitatis Ecclesiasticæ
cultoribus in eo maximopere desudandum
et veros genuinosq; scriptores à spuriis et suppo-
sititiis discernant. In quo argumento præ-
untes nobis habemus Robertum in Censura
scriptorum quorundam Ecclesiasticorum et
Huetium in Critico I. sed ex instituto
eandem hoc egit Vincentius Placcius
in lib. de Anonymis et Pseudonymis
qui Hamburgi ao 1674. in 4. prodiit. Nu-
ma editio cum insigni augmento expectat.
Dedit quoq; Joh. Beckerus conjecturas de
scriptis adspuriis; Pseudographis et suppo-
sititiis ao 1681. in 12. it. iterum Amstelo-
dami Anno 1686. sed et Geislerus quidam
non nulla de Anonymis prodiit Lipsiæ
et. 1671. in 4to.

§. 3.

Contingit etiam, ut uno eodemq; aut non
dissimiliby viri eruditi insigniantur no-
miniby. Sic plures olim fuere Aristoteles,

plures Pythagoræi &c. unde sæpe maxima in historia philosophica Ecclesiastica et literaria nonnisi orta confusio, q maximis erroribus occasionem præbet. Vitæ errores ut evitentur, summa opa et diligentia præcavitur, viam nobis Joh. Molleri Holsati in Homotymoscopia sua libro erudito et utilissimo in quo hoc argumentum ex instituto sibi pertractandum sumsit ao 1698. edit.

§. 5.

Sed præter autorem notare quoq juvat, editiones librorum, ut accuratos a minus accuratis discernere queamus, hodie maxima pars elegantioris literaturæ in eo consistit, ut optimas bonorum librorum editiones cognitas habeamus. Nam interdum libri tam depravate eduntur sive ex ejusmodi editionibus de mente autoris pronunciatur quis, summam illi illatura sis injuriam. Ad optimas itaq editiones cognoscendas plurimum conferent Diaria et Ephemerides. Eruditorum autorum latinorum præstantissimas editiones indicavit Joh. Alberti Fabricius in Bibliotheca sua latina: scriptorum Ecclesiasticorum Wilhelmus Cave in historia literaria scriptorum ecclesiasticorum. Sapius quoq hac de re disserit Thomas Crenius in animadversionibus suis historico, philologicis.

§. 6.

Eo in negotio ut eo recte procedamus, cognitos habere juvat Criticos præstantiores, qui edendis veterum monumentis operam suam impendunt, ut et typographos celebriores, et ob diligentiam in edendis libris laudemados. Sic celebratissimi inter typographos sunt tres Manutii, Aldus Paulusbergius, Adrianus Turnebus, Mamertus Patissonius, Fridericus et Claudius Morelli, Michael Vascosanus, Christianus Wechelius, Parisienses Typographi, Joh. Oporinus, Joh. Frobenius, et Joh. Petrus Perbachius, Basilienses. Sebastianus Gryphius, nec non Stephanus Dolensis. Lugdunenses. Arnoldus Mylius, Gothofredus Hittorpius

et Gaffring alenq. Colonienses: Christophorus Plantiny Plantinq et duo Moreti Joh. et Balthasar. Ant. Antverpienses: Hubertq Golzig Brugensis, Franciscq Raphelengijq Lugduno Batavq. Omniby autem facile palmam præripiunt Stephani Parisienses, partem Genevenses Typographi, de eorum vitis et stat. dissertatio Epistolica Theodori Janssonij ab Almeloven Almeloveen ad Joh. Verapeeum Amstelodami ao 1693. in 8. Multa de typographis celebrioribq qeq habet Adrian Bailletus lib. 1. C. 1. Judiciorum eruditorum de primarijs Autorum scriptis. Sed cumprimis huc pertinet histoire de l'Imprimerie et de la librairie h.e. Historia typographiæ et Bibliopoliorum à primis originibus ad annum 1689 deducta, autore Joh. de la Caille typographo et Bibliopola Parisienſiq ao 1689. in 4to prodiit. In ea diligenter recensentur typographi antiquiores et omnes parisienses, qui usque ad annum 1689. Lutetias Parisiorum incolere. Habet ista notitia uberrimum fructum interdum: certissimq boni editionis character, si curata sit à typographo, de quo constat, quod summam in edendis libris diligentiam adhibere soleat, i. idem censendum de editionibq, quas Criticorum Principes, Casaubonq, Salmasius, Gronovius, Gravius, Heinsius etc. dederunt.

§. 7.

Si ita et autor nobis cognitq fuerit, et de editionis bonitate constiterit, i. de qua tu. tum demum solliciti simus, cum plures unius libri editiones prostant: legendq liber diligenter adverterdq. Qua a circa libri lectionem universum, ut intelligatur tum ut fructq inde capiatur observanda sunt, partim in Hermeneutica tradita, partim in sequentibq docebitq, hic solum necessitatem lectionis ut judicium ferri queat inculcamq. Nam non e solo titulo non ejudicandum de libro, cum sæpius liber titulum magnificum interdum præferat. Quam quam absurdq et ineptq titulq imbecillitatem judicij in Critico arguat. conf. de Titulis ineptis

Edmundy Richerij in obstetrice animorum Ca. §. 8. 5. p. 226. ubi inter alia quoties quisq; ad istas librorum inscriptiones eruditissimi: Artis vocalis Synta[illegible] artis mirabilis Cyclopoemia historia historiarum summa aurea, Canon celebrium aureum, et consimiles titulos intuens, vix sumet continere quicquam, sed aurei hi tituli sunt si conferant cum aliis longè insipientibus. Asseruti nonnullos titulos ita nec ex sola praefatione judicium de libri serii potest. Hinc n. nihil fere aliud quam institutum auctoris cognoscat, sed num promissis steterit, specie fecerit satis, ex ipso libro cognoscendum est. Inseriora praefationes utiles nec negligendas esse fatemur. Conf. omnino Thomas Crenius animadvers. Philolog. et hist. part. 1. p. 9.

§. 8.

Cognito auctore et perlecto libro, via quoque ex, uenda sunt praejudicia, quod et alterum caput rectè judicandum respicit. Ex praejudiciis enim eris judiciorum orta pravitas. Infinita, licet sit praejudiciorum multitudo, possunt tn. praecipua ad certas veluti classes revocari. Nam 1.) interdum praejudicium affert auctoris celebri, tas, aut 2.) ejusdem obscuritas, aut 3.) ejus dignitas, muneris, quo pollet, splendor, quorsum et generis nobilitas spectet, aut 4.) quod caeteroqui in male audiat, et infamia quodam laboret, aut 5.) quod non ejusdem religionis sit religionis, aut 6.) quod certa in Philosophia secta sit addictus, aut ab eadem abhorreat, aut 7.) quod caeteroqui placita singularia foveat, aut 8.) quod scripta, ac morum probitate sit insignis, aut 9.) contra quod ea sit destituta, et quae id genus alia sunt. Omnia n. natura, fortuna, muneribus hominibus pollent, aut destituta sit, praejudicium interdum afferre lectori possunt. Huc spectant praejudicia gentis, dum v. g. nonnulli galli ea scripta tantum admirantur, it: dum pene prima in pretio habent, domestica non curant, etc. Eâdem ratione ipsius libri, si aut parvo aut magno facit, si nitide aut minus nitide sit impressus, si multos aut nullos errores involvat, si parvo aut magno pretio comparatus, praejudicia plurima excitari solent.

§. 9.

Jezhò de iis virtutes & vitia librorum cognoscenda sunt, ut recte de iis judicet. Nec principias virtutes recensebimus, et vitia subjungemus.

Prima virtus eaq; princeps inter eos è doctrina, quam autor proponit, veritas. Eadem virtutem ut homo non aliquando erret, nisi fuerit Ecorreusòs, quo plures in aliqua doctrina admiserit errores, eo minoris quoq; liber ipse erit astimandus, sed errores non sunt unius generis, adeoq; nec eodem omnes modo pretium libri diminuunt. Nonnulli ad principale autoris institutum pertinent, alii ad minus principale; illi graviores sunt, hi leviores. Theologo aut Jcto facilis errorem circa leges Grāmatices condonaveris, gram Critico aut Oratori. Rursus alii errores sunt communes, alii sunt particulares. Communes sunt, qui integræ sectæ aut philosophicæ aut theologicæ sunt proprii. Particulares vero quos quilibet autor non ex secta sua hypothesibus, sed ignorantia aut judicij quadam imbecillitate condidit. Hi particulares turpiores sunt, quam communes, quia facilius evitantur. Hinc qui errores communes defendunt, laudari quandoq; solent si secta sua placida accurate proponunt, et optimis quibusq; excogitare poterunt, rationibus defendunt, sic Bellarmino optime dicit, inter scriptores pontificios, qui controversias pertractant. Idem censendum, cum de libris philosophorum et Aristotelicorum Scholasticorum, Cartesianorum, verba faciunt. Atqui si scriptor v.g. Peripatetici, qui titulis haberi vellet, à mente Aristotelis sæpiq; aberraret, is errores particulares committeret, graviorem hoc ipso merito incurreret in censuram. Contra si scriptor certæ cuidam sectæ addictus, non ea ignorantia, sed studio veritatis aberret, ne is secta sua placidis discedat is hoc ipso nam gram promeret laudem. Sic hodie in historia Ecclesiastica merito commendant Capelli, Chigi du Pin, Fillemontij, aliiq; licet Romanæ sectæ Ecclesiæ sacris addicti, nihilominus multa afferunt, justis rationibus adducti, quæ catholicis ejusdem societatis hominibus non probant.

toties ergo ob errores liber improbat, particulares et principales intelligunt errores. Hinc et gravis doctrina veritas hic minuat, patefa-

§. 10.

Secunda libri cujusdam virtus est solidita, de qua non nulla habet Talbeus de libris eorum usu et abusu, sui part. 1. cap. 10. Nos illum librum solida doctrina vocamus, in quo quæcunq; proponunt rationibus et quæstionibus et selectis probant, et qui ad argumentum, quod tractat, intelligentiam pertinent, explicant, ut lector ad peritiorem ejus notitiam perveniat. Qua virtute destituunt illi, in quibus quicquid asserunt, aut nullis, aut tenuibus ac levibus argumentis rationibusq; confirmant.

§. 11.

Commendat quoq; tertio liber, si argumentum, cui destinatus est, plene in eo pertractet. Sæpissime enim necessaria et ad momentum trahentia scriptores omittunt, et in minus necessariis aut ad rem non adeo facientibus prolixi sunt et valde operosi.

§. 12.

Ordo quoq; et tractandi methodus esse debet, qui-

liber placere debeat. Maxime enim cum tædio legentur libri, in quibus nihil nisi mira regnat confusio, cujus res hæc interdum causa est, quod scriptores uno impetu omnem eruditionis thesaurum effundere gestiant, quod Claudio Salmasio et Joh. Seldeno doctissimis cæteroquin viris fere contigit. Qua confusio et obscuritatem parit, et effecit, ut sine hoc et scopo, qui est, saltem esse debet, erudite lectorem scriptor plane excidat. Quibus tamen peccant, qui methodum minus accurate et vigide sectantur, hoc ipso committentes, ut libri eorum ossa videantur carnibus et sanguine denudata.

§. 13.

Tertio in libro merito etiam laudatur perspicuitas, sed non statim pro obscuro habendus est qui ob argumenti subtilitatem aut profundiores et subtiliores ratiocinationes non statim intelligitur. Raucis obscuritatis causa non in lectore, quod sæpissime contingit, sed in scriptore esse debet. Qua de re in Hermeneutica agitur. Orit. 4. obscuritas tum ex ordinis neglectu, ut antea dictum, tum ex perplexitate

aliisq vitiis sermonis iteram cum scriptor leges
argumentandi non probe teneat.

§. 14.

Sexto eò ob brevitatem liber comendat. Ma-
gnus liber, magnum & malum, veteres dicebant.
Et Horatig: Quicquid incipies, esto breve. Ve-
nimia prolixitate obruit memoria, intellectu
fatigat, & lectoribus maximum creat fastidium.
Excedit quod in scriptis prolixioribus multa ad
lectoris admisceri soleant, multa superflue po-
nant, multa quoq jam dicta aut caterogr
nota repetunt. Sic Comentaria Ludovici Vivis
in August. de civitate Dei ob prolixitatem pa
cissimis placuit. Brevitati tamen ita studen-
dum, ne obscuri fiamq, aut necessaria pra-
termittant. Sed discriciendum quoq, an argu-
menti, quod nos occupat, ratio aut scopq, &
institutum Autoris brevidrem tractationem
admittat, an vero prolixiorem postulet.

§. 15.

Septimo ad stylum quoq & sermonis genq, q
Autor utili respiciendum e. Enim vero & pu-

ro casto & emendato dicendi genere magis,
nullum libro conciliat ornamentum, videndum in-
quid argumenti ratio postulat aut permittat.
Sic in theologicis ac philosophicis non licet
semper vocibq & scriptoribq Romanis depron-
tis uti, sed terminis nitendum hisce disciplinis
propriis res efferendæ sunt. Interim qui
data opera terminis barbaris stylum
deformant, ut Philosophi videant, merito
fident à prudentioribq. Sed cum aliud
quoq dicendi genq in orationibq, aliud
in scriptis dogmaticis adhibendum sit, turpi-
ter ruspus peccant, qui hoc discrimen non
observant, & sooties docti declamatores
agunt.

§. 16.

Pertinent huc reliqua ornamenta testimo-
nia scilicet exempla & nomina scriptorum
quibq libri quorundam abundant. Quibq ubq
in cauta parce & prudenter utendum, nisi
demonstrare scriptor velit, ad ostentationem

omnia sua esse comparata, sane vanitatem ista modernorum prudentiores et cordatiores jure meritoq; reprehendent.

§. 17.

Quoniam itaq; multa librorum sunt vitia, et quo in illis reprehendendum sit, et hactenus dictis facile colligit. Juvat tn. quædam specialim designare. Turpiq; sane nihil, nec tamen frequentiq; quicquam est quam plagium. Testatur tot catalogi plagiariorum à viris eruditis confecti. Laudandq; hic præ cæteris est Jacobi Thomasii, Cornelii à Bogz in 4to cum duabus scriptionibus revulsi, Joh. Alberti Fabricii centum plagiariorum et pseudonymorum prodiit Lipsiæ 1689. in 4to. sed et Theodori Janssonii ab Almeloven edidit Syllabum plagiariorum Amstelodami 1691. in 8. ejusdem rem in Thomasium et Joh. Albertum Fabrum addidit. Interim certum mihi videt, multos perperam plagii accusari. Nam, non statim pii et alterius quidam depromit, quomodo, quo consilio hoc faciat, videndum est.

§. 18.

Deinde proscribendi ex orbe literato sunt, nec attingendi ullo modo, qui ad Atheismum viam muniunt, pietatem animis excutiunt, aut bonis moribus nocent, saltem qui ad Atheismum ducunt, non temere legendi, nec nisi ab illis, qui solida eruditione instructi, machinationibus et insidiis horum hominum obviam ire didicerunt. Celebris inter Atheos est Spinoza, cujus impostura detexit Kortholt in libro de tribus impostoribus. Pertinent huc quoq; libri obscœni, de quibus extat dissertatio Dni Rechenbergii: Herisq; fabulæ Romanenses hoc nomine digni non sunt, qui doctorem, multo minus legant. Cura de libris huc spectantibus habet Naudæus in Erotematibus de libris et bonis et malis.

§. 19.

A vitiis librorum discernenda sunt vitia scriptorum virorum. Nam ab homine nonnunquam pravo bonus nihilominus et eruditus artificii plus liber. Sed quo ad mores eruditio

ran pertinent, ea diligenter exequi sunt
Daniel Bartoly in Charactere hominis literati, Theophily Spizelij in literato infelicissimo, Adami Fritschij Dissertatio de vita eruditorum.

Caput V.

De Ratione legendi libros.

Francisci Sanctii de ratione libros legendi cum fructu.

§. 1.

Bonos libros a malis ideo discernunt, ut neglectis atq; repudiatis, illos legamus. Nec nosse sufficit libros, nisi legant, aut ex illis proficiamus, et ad veram solidamq; sapientiam eruditionemq; sed rursus hic circumspectione opus, ut cum fructu lectio instituatur. Quod ut fiat, ad duo respiciendum, 1) quinam cuiq; sint legendi, et deinde quo pacto legendi.

§. 2.

Ut constet rite, quinam libri legendi, observandum, et ipsorum librorum et ut bonorum et legentium quoq; diversam esse rationem. Et ad libros quidem quod attinet, quidam ita comparati sunt, ut non necesse sit, eos perlegere, sed sufficit scire in illis, et in [illegible] loco, quidq; pertractet. Sic Lexica et dictionaria perlegere, supervacaneum esset, sed sufficit, si ad manus sint, ut evolvi possint, quoties ea consulere e re nostra duxerimus. Interim juvat ea nosse, cum interdum studia nostra juvare ea adjuvarique possint. Nec tamen absque re erit volante oculo percurrere ea saltem, ut sciamus, de generatim in illis pertractetur, quod de praestantioribus, ut de Bailij Dictionario historico, similibusq; suo loco judicandis intelligo. Idem censendum de vastis voluminibus, quibus aut historia sacra, aut civilis aut theologica aut philosophica explicatur, uti sunt Baronij Annales, Centuriatores Magdeburgenses etc. In hisce summa rerum perlustrare sufficit, evolvendi autem accuratius, cum de certo argumento quid scripserint, ex instituto cognoscere cupimus.

§. 3.

Rursus illi, qui à Cajetano quod ajunt, ad calcem perlegendi sunt, non sunt ejusdem generis. sunt, inquit, Veralamij, quos leviter

tantum degustare convenit, sunt, quos deglu-
tire cursim legere oportet, sunt denig, se-
pauci admodum, quos ruminare atq digerere
par est; hoc est, libri quidam per partes in-
spiciendi, alii perlegendi quidem, sed non mul-
tum temporis in iisdem evolvendis impenden-
alii a pauci diligenter evolvendi, et adhibi-
ta attentione singulari. Sermi. fideli. Cap.
18. Sic scriptura sacra à Theologo, et
corpus Juris civilis studioso nunquam sa-
tis diligenter legi potest. Quod tu. de lectu-
ne mediis hermeneuticis inniza, et cum me-
ditatione accurata conjuncta intelligo. Pe-
censendum de ibig libris, quibg prima disci-
plinarum elementa proponunt, qui non se-
mel, sed sæpig perlegendi, et tantum non pe-
nitg devorandi sunt. Nec aliter versandum
in scriptoribg, quos styli causa ad imitandum
sermonem, ad illorum exemplum formandum
legimus.

§. 4.

Sed illi quoq, qui libros legere instituunt, in
triplici positi sunt discrimine. Nonnulli pri-
a elementa saltem cujusdam disciplinæ imbibere
cupiunt, alii elementis jam imbuti ultra tendunt,
nec tamen ad summum fastigium eniti volunt.
Quidam denig in intimos quantum humanæ
mentis patit imbecillitas, artis aut disciplinæ
cujusdam penetrare recessus cupiunt. Qui
in prima classe sunt constituti, illis legendi sal-
tem sunt præstantissimi scriptoribg compen-
diorum. Est illis, qui ad secundam classem
pertinent, conjungendi insuper sunt, qui justa,
data plenibora et prolixiora condiderunt.
Illis denig, qui in tertia classe constituti sunt,
legendi sunt ipsi fontes, præcipuii systema-
tum conditores consulendi, adendi denig,
qui argumenta particularia pertractarunt,
ex ibig plerumq omnium optime proficere
licet. Si is sit, qui saltem prima Juris Ca-
nonici Elementa cognoscere cupiat, illi suffi-
ceret compendium aliquod, e Joh. Schilteri in-
stitut. Juris Canon: si hic non subsistere,

de ultra tendere animq; secat prolixiq; aliquod
& plenig; systema Dnibendhagueti Brunnema
jus Ecclesiasticum cum additamentis illustris Sch
ij nostri. Quod si v. ultimum gradum con
sequi velit, corpq; ipsum Juris Canon: evolve
dum, accurate adhibendi commentatores sele
cti, optimi Scriptorum Systematicorum conjun
gendi, cum primis evolvendi, qui argumen
ta particularia tractarunt, ut Zieglerq;
de Episcopis it: de Diaconis & Diaconis,
sis, it: de Superintendente, de dote Eccles.
it: de natura et jure bonorum Ecclesiast
corum &c. §. 5.

Jam alterum accedit q; quo pacto scil. legen
di libri sunt. Patet autem, hoc ad eos pot
simum spectare, qui in tertia classe sunt
constituti, et jam positis rudimentis libere
per quodvis scriptorum genus circumferre
animum possunt, cuncta autem hic fere
unt (1) de libri bonitate & utilitate nobis

utcunq; jam

2

cunq; jam constare debet, & an nostris profecti
fit accommodata (2). Certa nobis finis aby scopq;
est constituendi. Dos sunt n. libri diversimode
pro diversis legentium finibus legi, sic Historicq;
v.g. Livig & rerum oratorum politicum legi
potest (3) quæcunq; legimus, meditatione accu
rata sunt pertractanda, sintne vera an fal
sa, utilia an inutilia (4) si in lectione aliqd
deprehendamus, quod notatu dignum nobis
videtur, id mandandum literis, ut se nobis iterum
quotiescunq; fit, offerat.

§. 6.

Enimvero cum memoria sit labilis, nec lecta
tenore iterum effluant, excerpendi studium
accedat, necesse est. De quo licet non omnes pra
clare sentiant, si tamen abusq; exitet & meditatio
cum lectione conjungatur, adeo mea opinione repreben
dendum non est, ut sine eo in literis proficiendi vie
cuiquam liceat, saltem qua via hic ineunda, ut
tempori pariter ac labori pariat, dispicien
dum. Fatigavit jamen res plurimarum in
genium, qui de modo adnotatione excerpen
di commentati. Dreselii animadversionem nota

D.

satis é, in qva multa proponit excerpendi
consilia. Philomusi é societat. Jesu libellus crit,
satis industria excerpendi brevis, facilis ano
na, à multis impedimentis, qvibus adhuc teneba,
expoluta, prodiit Constantiæ 1684. nec proba
omnibus. Excerpendi ratio nova ab Udenio
Northusæ Ao 1681. in 8vo edita, usibus illorum
qvi orationes s. ad populum habere volunt
inserviit. Sed é Vincentii Placcii extat de arte
excerpendi liber singularis, qvo omnes, qvi de
hoc argumento scripsere autores, omnes excer
pendi modos é formas, singulorum comoda
é incomoda é præcepta refert. Deniq; é
Morhoffij in Polyhist. part. II. in hoc campo
periclitari vires voluit. Cæt. plerique ad eloquen
tiam cumprimis aspiciunt, pauciores sunt
in cæteris disciplinis, nos, qvid nobis hic
videatur, paucis aperiemus.

§. 7.

Optima nimirum excerpendi ratio, qvæ est bre
vissima é facillima. Deinde qvoq; confusio vi
tanda, cum hunc in finem excerpamus, ut qvo
cunq; tempore presto iterum nobis sint, memoriæq;
succurrant, qvæ legendo observavimus. Unde patet,
et excerptorum libros esse conficiendos, qvod
sint disciplinæ é doctrina liberalioris partis,
in qvibus proficere cupimus.

§. 8.

Ut itaq; hoc ita rite obtineamus (I) eligat
liber, in qvo arte é disciplina fundamenta
ejus ordine conenno exponentis, iste vero (2)
nobis exacte cognitus esse debet, qvo qvidqvid
tractet, statim memoriæ succurrat. (3) Hunc
adscribuntur deinceps omnia, qvæ nobis
observatu digna visa fuerint.

§. 9.

Sed ut totum hoc negotium eo rectiq; capia
tur, descendere ad singula juvabit, initium
faciemus ab eloquentia, ad qvam, tum ver
borum, tum rerum arte meditationum insigni
um apparatus requirit. In verbis aut ad ornа
mentum aut ad copiam respicitur, hinc
duplicis generis excerpta.
Qvæ ad ornatum tabinet, epistinaverunt
Ambrosij Sidonij phrases fundamenti loco

procendes, cui adjicias quicquid de vocum significationibus tum propriis tum translatis, de partibus orationis, it: adverbiis, Epithetis, similibusve sese nobis obtulerit. Adest copia parata, quae inserviet Schönsederi apparatae eloquentiae, cui non tantum variae phrases formulae et expressiones elegantiores quae descriptiones etiam etc. adjiciuntur.

§. 10.

Suadent quae nonnulli, ut variae formulae v.g. orationem aut Epistolam inchoandi, it: transeundi ab una parte ad alteram: quales jam collegit Jacobus Thuemmar in artificio transitionum, it: facta aliqui imprecandi &c. colligunt. Quod Consilium, si quis sepri velis, is omnia aut epistolarum aut orationum genera rito ordine disponere: cui usui dispositiones epistolicae Schraderi, similesve alteri inservabunt: aut summa quaedam formularum capita excogitare et constituere debet, quorsum elegantiores referat. Existimaverim tamen hominem bene meditatum in eloquentia exercitatum, promte varias imitationes formulas posse, ut ejusmodi excerptis illi non videatur opus esse. Nec Enthymematum aut eorum locorum excerpta conficere necessarium admodum duco, quamquam facile eodem modo et ordine confici possent ut scil. summarerum capita, de quibus Oratori saepius dicendum esset, constituerentur. Haec enim ex ipsis disciplinis tantum rectissime deprompta. Ineptus adplane orator erit, qui disciplinarum praesertim Philosophiae rudis, sic orator civilis ornatus argumenta tum probantia, tum amplificantia et illustrantia maxime partim ex historia partim ex Philosophia practica desumit, unde si in hac doctrina elegantioris partibus parum versatus, non opus habebit talibus excerptis oratoriis. Orator autem Ecclesiasticus ex Theologia tum theoretica tum maxime moreli depromit, quae pondus et robur orationi conciliant. Ad affectus excitandos sedandosque quae juvabunt excerpta cum natura hic utrumque faciat pagina, quae per imitationem tamen excitanda et perficienda est.

§. 11.

si quis vitii Rhetoricæ aut orationi se totum tradere velit, illi integrum quoq; fuerit ad ductum Systematis cujusdam e. gr. Vossii aut alterius excerpta conficere. Quod de arte grammatica quoq; Critica, cujus compendium accuratissimum dedit Joh. Clericus cæterisq; intelligendum. §. 12.

Item in disciplinis philosophicis et superiorum facile res expediri potest, saltem tamen in incumbendum, ut fundamenti loco compendium, aut Systema, aut collegium aliquod accuratum, solidum, planum et concinno ordine dispositum ponat.

In historia civili secundum ordinem temporis in singulis regnis ac Rebuspublicis procedatur. In historia recentiori fundamenti loco esse potest Pufendorffius

in Introductione ad Respublicas modernas Europæ. Sed historia antiqua et alio supplenda. In historia Ecclesiastica procedi pot, ut in singulis seculis observentur Doctores Ecclesiæ et Doctrina, Hæreses et Concilia &c: quomodo fere Rechenbergius in Compendio Historiæ Ecclesiasticæ procedit.

In historia literaria aut secundum ordinem temporis annotandi v. g. ad tabulas chronologicas Schraderi, quo de viris doctis observatu digna nobis occurrunt, aut secundum ordinem disciplinarum institui et cetera possunt.

In historia naturali observari ordo potest, quem Physici plerumq; in suis compendiis aut systematibus observant, præsertim Clericus in Physica sua.

Antiquitates et ritus, chronologica, Geographica, Heraldica ad ductum systematis aut compendii notari possunt.

Genealogica ad tabulas genealogicas Lohmanni, aut alterius et sic porro.

In theologicis singula partes singulorum in-
dustriam à nobis exigunt.
Exegetica excerpta ita institui possunt, ut aut
Codici scripturæ sacræ, aut Bibliis numera-
tis Dorschæi, aut amœnitatibus Bibliis
Pfanneri notata digniora adscribant.
In Polemica eligendus Autor è pri. e.g. con-
tra Pontificios aut contra Arrianos ex
instituto scripsit, et fundamenti loco ejus po-
nendi.
In Morali Systema aliquod ac Compendium
accuratiq. e.g. Durei Theologia mora-
lis aut similis liber eligi potest.
Idem observandum in jure ejusq. partibus
singulis, sed cætera, qui sic moneri poterunt
studiq. et recte exemplis quam regulis aut
præceptis docentur.

Caput V.

De Philologia in genere et in specie de no-
titia linguarum erudito necessaria
et eloquentia comparanda scri-
ptoribusq. huc pertinentibus.

§. 1.

Prodo nunc et institutionis ratio postulat, ut
de libris ipsis eundo per ordines eruditionis par-
tes disseramus, sed primo notandum esse, quos-
dam, qui universum eruditionis amplitudinem
et varietatem ab uno libro, quicquid è liberali-
oris doctrinæ completi voluerunt, consti-
tutum id fuit, præter alios, Henrico Alstedio
dio, cujus Encyclopædia Herbornæ Nas-
sauiorum 1630. 2. Volum. in fol. prodiit,
in qua præter philologiam et philosophi-
am, Theologiam, quoq. Jurisprudentiam
et artem medicam itemq. artes mechani-
cas ordines exhibet. Desiderat in eo id potis-
simum, quod disciplinas sine necessitate
cumulet. Item Alstedius edidit Encyclopæ-
diam Biblicam sub titulo: Triumphi Biblici,
in quo eorum disciplinarum Systema ex sci-
ptura sacra concinnat. In quo cum secuti
et augusti Weissery in Pansophia Mosaica
in quo natales et fundamentum omnium artium

ac disciplinarum in solo libro Geneseos reperiri, demonstrare conati. Mihi ejusmodi labor ut ineptire videri, cum ad cognitionem artis nondum sufficiat, quodcunque scriptura sacra ejus mentio alicubi injiciat.

Sed redeo ad scriptores Encyclopaedicos, inter quos Hecklermannus quoq reponendus, cujus Encyclopaedia accuratior est Encyclopaedia Althedii. Joachimus Hortius, Ringelbergij, is ipse, qui dissertationem quoq elegantissimam de ratione studiorum scripsit, quam cum aliis ejusmodi scriptoribus edi fecit. Thomas Crenius Encyclopaediam itidem scripsit, brevem eam quidem, sed caeteris forte praferendam. Extat eadem et Abrahami Calovij Encyclopaedia disciplinarum realium, sed philosophiam et facultates superiores saltem completit, non autem eas disciplinas, quae humaniora tradunt, ad quas magis respicit Joh. à Wowveren in tractatione de Polymathia, quae veterum de complexu artium libera, alium sententiam erudite explicat, prodiit Lipsiae ao 1665. in 8. Bene autem observat, artium commune esse vinculum Cap. 23. et hinc Cap. 24. de Eskolio, quod ayit, qua de re ut Thomas Crenius in notis ad Gulielm. Budaeum, de studio literarum recte instituendo p. 15. Nec praetermittendo nobis hic est Borelli, qui in libro cui titulus: Science universelle, idem institutum sequit, et complexum earum partium exhibitionis fistit. Addidit quoq examen erroneum vulgarium. Et examen Encyclopaediarum. Caeteros scriptores, qui momentum non trahunt, ut Matthiae Martinij Encyclopaediam, sibi similes lubenter praeteramus.

§. 7.

Nos, ut ordine procedamus, omnes disciplinas, et quibus totius eruditionis orbis constat,

in duas classes dispesimy. Alia enim sunt
qua immediate humani generis felicitatem
promovent, ut Theologia, Jurisprudentia
et Medicina, alia, qua mediate id faci-
unt et ad priores nos manuducunt, qua
Tropadeomatum nomine comprehendi
possunt. Ad Tropadeomata spectat Philo-
logia et Philosophia. Philologia iterum
duas partes sunt, quarum altera varia re-
rum cognitione animum replet, et ad Phi-
losophiam praparat. Prior in specie Phi-
lologia, posteriori Historia vocari solet.

§. 3.

Circa sermonem fere occupant ois artes,
qua humaniores appellitant. Hinc et Phi-
lologia humanitas dicit à Gellio Noct. Att.
lib. VI. cap. 16. vid. Cremy annotatis
ad Rhodium, de studio literarum recte in-
stituendo p. 2. qui uno velut fasce hasce
disciplinas fuerit complexy non succen-
vit prater Romulum Balbinum, cujus

tant verisimilia humanarum disciplina-
um Lipsia ao 1617. in 8. recusa, in qby
de epistolis, Latinitate, Gramatica, Historia
Rhetorica etc. non contemnenda affert.
Spectant vero hac potissimum ad lingua
latina cultum, qua praecipuam quandam
curam exigit, cum non tantum, ut intelli-
gat, sicuti Caterae fere linguae, praesertim
orientales, sed ut ea perspicue et accurate
animi nostri cogitata exprimere queamy,
addiscatur. Hinc et de ea primo loco
agemy, de caeteris vero erudito necessa-
rius deinceps acturi.

§. 4.

Sunt nonnulli Autores, qui ex instituto vi-
am ad latinitatem monstrare aggressi sunt,
quod omnes illi fere faciunt, qui de elo-
quentia comparanda et literarum studiis
recte instituendis praecipiunt, deinceps
commemorandi; sed hic loco tamen prae
caeteris laudanda est Joh. Caselij dissertatio

de lingvæ latinæ addiscendæ, quam cum alio genere scriptis recudi curavit Thomas Crenius Roterodami 1692. in 4to.

Nos initium faciemus à Grammaticis. Inter veteres etiam Terentij Varronis Grammaticorum facile fuit eruditissimus, quem olim Festus Pompejo, Flacco, Marcello, Ascanio, Carliano, Isidoro, aliisq; veterum quantum quidem superest hodie de illorum scriptis edidit Dionysius Gothofredus Ao 1585. Sed jam antea Diomedes, Charisius, Priscianus, Donatus, Servius, Marcellus, Festus Pompejus, Varro, prodierunt conjunctim Mediolani Ao. 1508. in fol. Priscianus cujus opera integra ad nos pervenerunt, multa summa diligentia collegit, sed interdum merito in eo desideratur judicium. Hinc sapiunt vapulat. Omnes tatores veteres et Scholiastes in Auctores classicos, quippe qui minutiis Grammaticis

scrutandis toti ferè sunt, ut Donatus in Terentium, Servius in Virgilium, et Asconius Pedianus in orationes aliquot ciceronianas. Cornutus in Juvenalem et Persium, Acron in Horatium etc. inter recentiores eminet Gerhardus Johann. Vossius in majori opere de arte grammatica in quo tamen plurima sine ulteriori examine cum eo Scioppio et Scripsisse nonnulli observant. Alius et Scioppius Grammaticam philosophicam edidit, in qua causas linguæ latinæ inquirere inquirere incipit, quod et Scaligero fuit consilium in libro de causis latinæ linguæ. Sed admodum feliciter in hoc campo versatus est Franciscus Sanctius cujus Minerva sive de causis latinæ linguæ commentarius cum animadversionibus et notis Caspari Scioppii et Jacobi Perizonii iterum prodiit Franequeræ Ao 1693. recensitis et quod cæteros libellos Grammaticos usui studiosi nostri non est.

§. 5.

Sibimq nunc per præcipuas Grammaticæ partes Rodeundq ad Orthographiam ab nec laudandæ Emanuelis Orthographiæ ratio aucta Lipsiæ ao 1607. in 8. edita item Claudii Dausqui antiqui noviq Orthographia Tornaci ao 1632. in Volum. in fol. Qui autem de prima scribendi origine scripsit, Hermannq Hugo item qui de arte typographica commentati sunt, huc non pertinent, indicabimq autem eos cum de scriptoribus historiæ artificialis agendum fuerit.

§. 6.

Referri huc quodammodo potest recta pronunciatio linguæ latinæ, de qua extat Erasmi Dialogus de recta pronunciatione linguæ latinæ Colon. ao 1529. et Philippq Labbeq in indicibus eruditæ pronunciationis libris ao 1645. in 8vo

rasmus

smq Roterodamq de recta latini et graci sermonis pronunciatione librum scripsit, Ro ix ao 1529. et iterum ibidem ao 1555. editum. Deniq et Casselio in hoc argumento occupatq fuit de latini sermonis pronunciatione ao 1635. in 8vo Ora autem de gravitate vocum observanda sunt prout in carmine iis locq et ut et Prosodia scriptoribusq huc spectantibus deinceps dicetur.

§.

Segnitur altera pars Grammaticæ Etymologia, quæ Lexica plurimum juvant, Etymologia Vossij ab eruditis pluris æstimatur, usumq insignem præbet. Calepini Lexicon vitiis et erroribus scatet; Thesaurq latinæ linguæ Roberti Stephani et Forum Romanum Goelii secundi Editionis sua progressuum mole laborant. Nicolaij in thesauro suo respicit tantum Coronem, additisq cum Ludovico Lucio aliorum progymnastarum vocabulis colligente, est in Lexico Fabri thesaurus. Liri, mum à Buchnero, nec aliquoties à Cellario nostro auctq, reliquis omnibus dubiam fecit

palmam Matthiæ Martinii Lexicon philologicum
ad alias quoq; linguas se extendit, non tamen hic
negligendum est voces apud Scriptores medii
ævi occurrentes erudite explicavit, Caroly du
Fresne, Domino du Cange in Glossario Mediæ
et infimæ latinitatis. Cætera vid. apud Boecle
rum in peculiari dissertatione de Lexicis.

§. 8.

Tertia pars Grammaticæ est syntaxis, rationem
rite et e latina lingua inde voces inter
se jungendi docens. Cum maxima in hac parte
Grammaticæ esset corruptio, multi viri docti
in eo collocarunt operam, ut rationem con-
struendi ad pristinam puritatem et elegan-
tiam revocarent. Referre huc licet Thomam
Linacrum de emendata structura latini
sermonis, Adrianum Cardinalem de sermone
latino, Maturinum Corderium de corrupti
sermonis emendatione, regulas scribendi Fr.
Vigri, regulas constructionis Ant. Mancinelli, Joh. Colliarium Cygnæum de recta
et ordinata vocum compositione, Jacobum
Ludovicum Strebæum, de verborum electio-

ne et collocatione oratoria etc.

§. 9.

Viri non in constructione tantum verborum reperunt,
postquot regulas elegantiarum, observatio-
nes linguæ latinæ ediderunt, aut de idiotismis
phrasibus et formulis linguæ latinæ conscrip-
ti sunt. Laudandi hic imprimis sunt Lauren-
tii Vallæ de lingua latina elegantiæ libri, Joh.
Buchleri elegantiarum centum et unde sex-
ginta regulæ. Joh. Philippi Parei regulæ
elegantiarum Ciceronianarum, ejus Calligra-
phiæ Romanæ additarum, Andreæ Ke-
keri tabulæ sermonis latini elegantioris,
Georgii Vogelmanni elegantiæ latini sermo-
nis, idemq; observationes linguæ latinæ
Bartholomæi Roccii Basilii Fabri, et
aliorum. Quod autem ad formulas actio-
nes et phrases, Antonii Schori phrases ejus-
demq; thesaurus utramq; huc faciunt pagi-
nam. Qui autem phrases collegerunt,
ut copiam sermonis instruerent, et adju-

BIBLIOTEKA
DMCS
LUBLIN

varent, alibi indicandi sunt.

§. 10.

Non quoq; praetermittendi sunt Scriptores particularium argumentorum, qui horum ut ubiq; ita hic quoq; cumprimis commendandi est industria. Si ita ut par est, in campo, quem decurrendum sibi sumpserunt, fuerint versati. Sic de particulis latinae linguae Jo. Oeselius, Stevichij, Rhisippy praeceptor, et Danny Duvery commentati sunt, sed omnes superat Horatij Tursellinus; cujus libellum utilissimum de particulis latinae orationis auxit ac locupletavit Jacob Thomasius, et ita aucta editio prodiit ad 1682. Huberti Susannae commubium adverbiorum itidem huc spectat sic cum et Epithetorum et Antithetorum maxime usus sit, in iis colligendis itidem non nulli industriam suam collocarunt. Epitheta itidem Ciceronis edidit Petrus Joh. Palmerius. Antitheta Ciceronis ipsa nella. Quin et Rudolphus Goclenius in Analectis observationum latinae linguae

tum epitheta, tum antitheta Ciceronis exhibet. Quae ipsa Goclenii Analecta plurimum bonae frugis exhibent, nec poenitebit humaniorum literarum cultorem ea perlegisse.

§. 11.

Notanda linguae latinae cultori cumprimis sunt formulae sermonis, tum in privata communi inter privatos, tum in actibus publicis ac negotiis tum civilibus, tum adhiberi solitae. Neq; ad sermonis elegantiam plurimum faciunt, et veteribus rectius intelligendis serviunt, hinc ergo spectantia magno summo studio collegit Erasmus Rotterodamus in Chiliadibus suis. De religiosis adagiorum scriptoribus Morhoff. in polyhist. lib. 1. cap. 21. p. 252. seqq. Ast solennes istas formulas in actibus publicis populi Romani adhiberi solitas summo studio collegit Barnabas Brissonius, cujus opus insigni utilitate se commendat omnibus.

Juvat quoq; interdum vitia sermonis habere cognita, ut eo facilius evitent. Sunt autem præcipua sermonis vitia Barbarismus et Solœcismus, itemq; Archaismus et Neotericismus. De Barbarismo extat Cellarij nostri libellus lectione non indignus. Habet quoq; nonnulla Rudolphus Goclenius in Analectis observati, quæ linguæ latinæ part. II. Eodem spectant, quæ errores aliorum in dicendo notarunt, aut castigarunt, ut Leo Allatius de erroribus eruditorum virorum in dicendo, prodiit ao 1633. in 8. Scioppius in infamia Famiani, quo libro errores Famiani Strada perstringit, ut et in judiciis de stylo historico, in quo Taciti, Sallustij, Thuani, &c. ligeri, et aliorum errores notat.

§. 13.

Circa voces non minus, quam Grammatica occupatur etiam Analytica. Hæc enim in corrigendis, emendandis, restituendis locis

auctorum depravatis, corruptis, obscuris, versat. Grammatica subinde utilis subsidiis, nullis tales tractat, quæ ad eorum grammaticum unice spectant; artis critica multi clarè conati sunt Josephus Scaliger de arte critica Lugduni Batavorum 1619. in 4. Caspar Scioppius de arte critica h. e. ratione emendandi locos obscurorum, et alii quidam, sed omnes superat Joh. Clericus, cujus ars critica cæteris in hoc genere omnino est præferenda. Laudes hujus artis cecinit peculiari oratione Philippus Carolus notis ejus in A. Gellium præmissa. Cæterum præcipuos Grammaticos et Criticos, tum veteres tum recentiores recensuit Scioppius in consultationibus de ratione studiorum cap. 34. seq. p. 331. seqq. ex editione Thomæ Crenij. Nos præ cæteris opera critica recensebimus, nec iis prætermissis, quæ antiquitates, ritus et alia

elegantioris doctrinæ monumenta observationibus suis criticis immiscent. Utramq; hic quærit paginam Thesaurus criticus à Jano Gutero ao 1602. 7 tomis in 8. Francofurt. editus, in quo præcipuorum criticorum selectas commendationes exhibet. Pertinent huc porro observationes Turnebi adversariorum libri, Lutetiæ ao Argentorati, ibi 1580. sic do 150. editi. Ludovici Rodigini lectiones antiquæ, Adversariorum Petri Victorii varia lectionis et emendationis, Petri Fabri Semestria, Samuelis Petiti variæ lectiones, Francisci Luisini Utinensis libri 3. Lacergon, Mureti variæ lectiones, observationes, Lilii Gregorii Gyraldi, Hieronymi Magii miscellanea critica, Philippi Rubenii lib. II. Electorum variorum, Gasp. Gevarti Electorum lib. III. Brodæi miscellanea critica, Jani Rutgersii variæ lectiones, et id genus scriptores alii, ut nunc taceam eos, qui in ipsos Autores classicos commentarios et notas criticas scripserunt, ut Gunthery, Casaubony Grotius, Gronovy, Gravy, Salmasy, et infiniti alii. Non omnes tamen eadem felicitate in hoc campo versati sunt, nonnullis eruditio, aliis ingenii dentia quibusdam arcessenda defuit.

§. 14.

Iterum post Grammaticæ præcepta ad Latinam sermonis facultatem comparandam cumprimis facit lectio Autorum, quorum casta et emendata est latinitas. Isti classici quos vocari solent, et vulgo in certas ætates dispescuntur. De hisce linguæ latinæ ætatibus eruditæ commentatus est Olaus Borrichius, à Thoma Crenio iterum editus. Fecit quoque huc Cæsaris Bartii de latina lingua et scriptoribus latinis Commentatio, quæ inserta est appendici Philologiæ

Joh. Michaël Dilherri, sed etiam Caspar Scioppius in Consultationibg de ratione stu, diorum, scriptores latinos secundum ætates recenset Cap. 29. segg. p. 320. segg. Leg. porro meret Henricus Julij Schewelius in statua Mercuriali, ubi haud contemnen, da de Scriptoribg quibusdam latinis pro, fert. Sed cum primis hic laudandg est Joh. Alberti Fabricius, cujus Bibliothe, ca latina utramg hic facit paginam, quæ prodiit Hamburgi Anno 1697. in 8.

§. 15.

Nos hic ita versabimur, ut eundo per singulas ætates, paucis ipsos Autores enume, remus, et præstantiores simul indicemus e, ditiones. Ad Auream ætatem itag referetur.

1.) M. Accij Plautj, Poeta Comicus, præ, stantissima editio est, quæ cum secundis Fri, derici Taubmanni curis et Jani Gruteri cognitione prodiit Francofurti ao 1621. Nec contemnenda editiones Bothorni, Joh. Frid. Gronovii, et Jacob. Operarij in usum Del, phini.

2.) M. Porcius Cato Censorius, cujus liber de agricultura extat optima editio, post H. Victorij et Fulvii Ursini castigationes ea, quæ cum Rutgersij Perpmae et Joh. Meursii notis prodi, it Franequeræ ao 1589. in 8.

3.) P. Terentij Afri Poeta Comicus placet ni, hil præ reliquis editio, quæ cum annotati, onibg Joh. Henrici Bockleri et Commentariis Franciscj Guyeti prodiit Argentorati, ao 1657.

4.) T. Lucretij Cari Poeta et Philosophus Epicureus, reliquit sex libros de rerum natu, ra. Optima editio est Huberti Giphanij et post illum, Thomæ Creechij, quæ Londini ao 1695. in 8. prodiit.

5.) M. Valerij Catullus, Poeta obscenus et hinc minime legendus. Optima editio est Joh. Vossij, quæ prodiit Londini 1684. in 4. Pareri

6.) Cornelij Nepos historicus, cujus extant vi-
ta excellentium Imperatorum, scriptor nitidi-
simus et tersa latinitatis. Editio Bosiana
1. doctissimis commentariis coeteris è pra-
ferendo.

7.) M. Terentij Varro Roman. fuit doctis-
simus, extant è pluribus, quæ reliqui, scri-
ptis, libri aliqui de lingua latina, item tres de rustica. Editio non contemnenda
est, quæ Lugduni Batavorum ao 1601. in 8.
è Officina Christophori Plantini prodiit.

8.) M. Tullij Cicero, Oratorum, quos Roma
vidit, princeps, opera ejus et seorsim et con-
junctim sæpius edita sunt. Nostantissima
operum ejus editio est, quæ studio Jani Gui-
lielmi et Jani Gruteri Hamburgi ao 1618
in fol. 2. Vol. prodiit, et Londini 1681. in fol.
2. Vol. et deinceps alibi est repetita. Con-
tendenda huic est editio Gronovij, quæ
Lugduni Batav. 1692. in 4. et 12. prodiit.

9.) Sallustius Crispus, historicus, cujus
extat bellum Jugurthinum, et conjura-
tio catilinaria, et alia quædam editiones
præstantissima sunt Gruteriana Francofur-
ti 1607. in 8. cum virorum doctorum casti-
gationibus et notis, et Thysiana cum notis
variorum, et ipsius Thysii observationibus Lugd.
Batav. in 8. 1665.

10.) C. Julij cæsar eloquentia non minus quam
fortitudinis laude clarus, extant ejus de bello
gallico et civili commentarij, quibus nonnulla A.
Hirtij accesserunt. Editio Jungermanniana
quæ Francofurti ao 1606. in 12mo prodiit
præstantissima est, et integras Virorum docto-
rum annotationes in hunc Autorem exhi-
bet. Altera quæ repetita est ibid. ao 1669.
in 4. erroribus typographicis scatet.

11.) T. Livij historicorum Romanorum Prin-
ceps. Notabat eum nonnulli ob nativitia,
quem, sed perperam, ut monstrat Morhoff.
in dissert. de nativitate Titi Livij,
cum Thucydide eum contulit Renatus
Lapinus. Optima editio est Gronovij quæ
Amstelodami ao 1665. et iterum 1679. in 8.
3. Volum. prodiit.

12.) Publij Virgilij Maro Mantuani Poetarum Romanorum Summi, et qui ceteris Poetis longe præferendus est, uti ostendit Alexander Ross in Virgilio Triumphante Editiones plurimæ laudandæ cumprimis sunt, quæ Virorum doctorum commentarios in Virgilium exhibent. Inter Recentiores eminet, quæ cum Commentariis Laceroe et aliorum ac indice accurato Nic. Heinsii Lugdun: Batav. 1680. in 8vo 3. Vol. prodiit; In usum Delphini editus est à Carolo Ruæo Paris: 1675. in 4. et Londini in 8.

13.) Q. Horatij Flacci Poeta pariter ac Philosophus doctissimus idemq; latinissimus Scriptor in lyrico genere eminet. Cum Linnæo eum contulit Francisc. Blondellus peculiari dissertat: quæ Paris. 1673. in 12 prodiit. Friderici Lindenbrogij editio inter recentiores, l. ob doctissimum commentarium ceteris præferenda est.

14.) Cornelius Gallus, e Frejus Tibullus, Sextus Aurelius Propertius, et P. Ovidij celebres quidem fuere apud Romanos poetæ, sed Gallj, quod genuinum sit, nihil ad nos pervenit, reliqui ob lasciviam et obscœnitatem fugiendi potius, quam adiungendi, sunt. Ovidij opera nostra optima editio est Nic. Heinsij, quæ et Amstelodami 1661. in 12. 3. Vol. prodiit, nec contemnenda, quæ cum notis variorum ao 1670. in 8. 3. Volum. Lugdun: Batav. prodiit.

15.) Gratius Poeta, cujus extant Cynegetica, sive de venatione carmen Epicum purum et eleganter scriptum. Editio præstantissima est Caspari Barthij et Hannoviæ 1613. in 8. prodiit. Nostra ex ab Ilicio Jano Vicio Lugdun. Batav. 1645. in 12. edita est.

16.) Publius, natione Syrus, Mimographus, cujus extant Sententiæ plurimum bonæ frugis habentes. Dicti solent cum Mureti oratis, cum ejus epistolis, uti patet ex editione

ipsicus B. Jacob. Thomasii.

17.) M. Vitruvius Pollio de Architectura scripsit ad Imperatorem Augustum libros X. Optima editio est, quam cum virorum doctorum Commentariis luci exposuit Joh. de Laet Amstel. 1649. in fol.

18.) M. Manilij Poëta scripsit Astronomica. Optima editio est, quæ cum J. Scaligeri aliorumq notis prodiit Argentorati 1655. in 4. cura Ph. Jac. Boecleri, cui nihil concedit, quæ in usum delphini cum paraphrasi et notis Mich. Fagi et observationibus Huetij Lutetiæ Parisiis 1679. in 4. prodiit.

19.) Denig Ti. Germanici Cæsaris poëmata tantum ut ex variis phænomena latino carmine expressa sit: Diosemeion s. prognosticorum fragmentum, et ad hunc classem pertinent. Edita sunt in Syntagmate Grotiano Batav. 1600. in 4to. Et ipsi idem Scriptores res latines latini sunt, qui ad auream ætatem à nonnullis referuntur, et libros, quos ediderunt, intra duo secula ante Tiberij Imperium.

§. 15.

Ad ætatem argenteam, quæ à Tempore Tiberij Imperat. usq ad ætatem Antoninorum se porrigere censet, referuntur.

1.) C. Julij Hyginus, cujus librum fabularum aliaq scripta habemus. Optima editio est, quæ curante J. Scheffero prodiit Hamburgi ao 1674. in 8.

2.) M. Velleij Paterculi Historicus ingenio singulari pollens. Multorum commentariis illustratus est, sed cum primis J. Lipsius suam in hoc Scriptore probavit diligentiam. Quidquid cum ejus Commentariis ao 1607. in fol. Editio Ph. Henr. Boecleri ao 1663. in 8. Argentorati prodiit, et ob notas politicas et mordles plurimi est faciendo.

3.) T. Phoedrus Terentius Augusti Imperatoris F.

liberty eligerit libros 5. fabularum Aesopica-
rum versibus senariis conscriptos. Optima e-
ditio est, quæ non ita pridem cum notis Ma-
gcarei Gudii prodiit.

4.) Valerius Maximus reliquit libros 9. dicto-
rum factorumq memorabilium; quanquam
nonnulli ob elocutionem hac ætate indignam
hoc opus habeant potius pro epitome e
majore Valerii opere ab alio concin-
nato. Inter editiones laudanda est Anto-
nii Thysii, quæ Lugdun. Batav. 1654.
1670. in 8. prodiit, item Petri Josephi Ca-
stelli in usum Delphini Lutetiæ 1679. in
4. lucem publicam exposita.

5.) M. Annæus Seneca Pater et L. An-
næus Seneca filius ille Rhetor, hic Philoso-
phus merito hoc loco memorandi sunt, ma-
gis tamen ob doctrinam, quam stylo elegan-
em. Rhetoris opera optime cum variis vi-
rorum doctorum commentationibus edita
sunt Amstelod: 1672. in 8. Ast de Philoso-
pho cumprimis præclare meritus est Justus
Lipsius, cum cujus notis quæ Antverpiæ
prodiit editio ao 1614 et 1627. præstantis-
sima est. Quum hic Seneca tragœdiarum
quæ Pater sit, Philologi dubitant, aliis hoc
affirmantibus, aliis a Seneca L. Annæi fi-
lio et Marci nepote eas conscriptas af-
firmantibus, aliis aliter sentientibus. Exiveri
una tragœdiarum editio, quæ Lugd. Batav. ao.
1621. prodiit, ut et Thysii ibid: 1651. in 8.
evulgata non contemnenda est, licet Grono-
vius quæ aliique viri doctissimi clare de iis
meriti sunt.

6.) Plinius secundus; Ejus ad
nos pervenit historia mundi s. historia
naturalis libris XXXVII. comprehensa et
Tito Vespasiano Imperatori conse-
crata. Optima editio est, quam Joh.
Harduinus Jesuita in usum Delphini e-
dulgavit Paris: 1685. 4. 5. Volum.

Harduinus

7.) M. Fabius Quintilian. Hispanus e Calagurri Calagurritanus sub Domitiano scripsit re-
tulitque libros XII. de institutione oratoria, ne, quos non ita pridem a cacothes[illegible]
ne, quos non ita prudem a cacothe[illegible]
nitidissime edidit Ulricus Obrechtus.

8.) Q. Curtius Rufus ad hanc classem vulgo refer-
ri solet, licet nondum constet, quis fuerit, aut
quando vixerit. Legi de hoc Autore meretur
Censura Joh. Clerici arti ejus critica subjecta in
ter editiones laudat. Argentoratensis, quæ ao
1670. 4. prodiit, nec Crisi aut Cellarii conte-
menda est editio.

Sam. Pitisci

9.) Cornelius tacitus non tam ob stylum, quam ob
civilem prudentiam, sed caute tamen legendus.
Optima editio Matthiæ Berneggeri ex Joh. Fre-
derici, quæ Argentorat. 1664. in 8. prodiit. Nec
contemnenda Theod. Ryckii, quæ Lugd. Batav.
lucem adspexit 1687. Lipsii de hoc Autore ejusq;
Interpretibus infra, cum de Scriptoribus prob.
Actis sermo erit.

10.) Cajus Plinius Cæcilius Secundus. Habemus
ejus & epistolas & Panegyricum. Epistolas opti-
me cum notis variorum edidit D. Jacob. Tho-
masius Lips. 1675. 8. Panegyricum seorsim edidit
Lipsius ex Kirchmayeri Wittebergæ ao 1674. in 8.
sed optima editio est, quæ cum notis variorum
prodiit Lugd. Batav. 1675. 8.

11.) L. Annæus Florus sub Trajano scripsit epito-
men rerum Romanarum libros 4. Optima editio est Wet-
steniana, quæ cum integris Variorum DD. notis pro-
diit Amstel. 1702. 8.

12.) C. Suetonii Tranquilli vitas XII. Imperato-
rum usq; ad Neronem reliquit. Optima editio est
Græviana, quæ Trajecti ao 1672. in 4. et postea
Hagæ Comitum 1691. 4. prodiit.

13.) Justinus Trogi Pompeii Epitomator cru-
ciosissimæ latinitatis & historicus Bohuslao Pul-
mano audit, de cujus ætate vici DD. non con-
veniunt. Catalogum historiarum cultori
insignem usum præbet. Optima editio est Joh.
Georgii Grævii, quæ 1683. in 8. Lugd. Bat.
prodiit. Supersunt adhuc plures antiqui scri-
ptores, qui videm ad argenteam ætatem

referri solent, ut Aurelij Cornelij Celsi, et Senecæ Rhetoris, Quinctij Moderati Columellæ, Pomponij Melæ, M. Annæi Lucani, L. Petronij arbitri, A. Persius Flaccus, C. Silius Italus, C. Julij Solinus Valerius Flaccus, L. Papinius Statius D. Junius Juvenalis, Sextj Julij Frontini, M. Valerius Martialis, et alij; sed de his et reliquis Oratoribus supra laudati legi possunt. Nobis sufficit præstantissimos indicasse.

§ 18.

Extiterunt quoq; post literarum tempora Viri doctissimi tanta linguæ latinæ facultate pollentes, ut veteribus, si non præripiunt, certe dubiam palmam reddant. Sunt hi vel historici, vel Oratores, vel Epistolographi, vel etiam in quocunq; versati sunt argumento sermonis quoq; habuerunt rationem. Eorum ejusmodi quosdam hic indicare non abs re fuerit. Epistolographos quidem Morhofius diligenter enumeravit sive styli elegantia sive ingenio, sive rerum ubertate sese commendent loco supra à nobis citato. Inter Oratores eminent M. Ant: Muretus, Aug. Buchnerus, Jan. Heinsius, Gasp. Barlæus, Petr. Cunæus, Corpinianus, Lipsius, Ott: Ferrarius Benacus, Majoragius, Scaliger Dion: Petavius, et qui in Belgio nostra ætate principem inter humaniorum literarum artifices locum obtinent, Joh. Georg. Grævius, Petr: Francius, et Jacob. Perizonius. Et Francii quidem junctim editæ sunt, omnes reliquorum a. sparsim extant, e.g. funebris illorum, ut et Francii et Spanhemii in obitum Mariæ Angliæ Reginæ, et alia Ant. Malegonelli quoq; hic est injicienda mentio Oratoris inter Italos hodie celebris, cujus orationes IX. cum epistolis aliquot Romæ prodierunt ao 1697. in 12. Plinium is imitatus, nec infeliciter, historicus qui latini sermonis cultum adhibuerunt, indicabimus, cum de Historicis ex instituto dicendum erit. Hic addimus Joannem Vicium Erythræum, cujus extant Eudemiorum Docu-

menta, s. orationes dialogi, homiliæ, & quam primo loco nominare debuissem, Dina corthe, ea, in qvibq omnibq tanta styli gravitas, tantus cultq emineat, ut nihil sparij, nihil elegantius esse possit. Jungendaqhic est Sebastiani Castalio in scriptis theolog: qvog & scripturæ s. versione latinitatis ac superstitionem usq3 observantissimq. Ant. Maria Gratiang in theatro virorum & fœminarum illustrium in vita Card. Commendoni & alijs ingenii monumentis eandem gloriam merito conse, cutq est. Vivit hodiernum Romæ Joh. Vin, centij Gravina, cujq opuscula prodierunt Romæ 1696. tanta elegantia conscripta, ut cum veteribq omnino comparari qveant. So, lent inter recentiores ob styli elegantiam & iam commendari Joh. Barclajj, cujq Euphro, nio et argenis in omnium versant manibq Asiaticum sectatq in prosa dicendi genus, & à vera sermonis latini elegantia ac pu, ritate multum desciit, sed cæteros præte, rituq, cum loco comodiori indicari possint. Pardoxa tn. adhuc indicari optet oportet, ut sunt Stephani Encomium Galli Gallinacei, Hier. Cardani Encomium Neronis, Erasmi Encomium Moriæ, Jælij laus asini, cujq generis alia Cæsp. Cornavius collegit in amphiteatro sapien, tiæ Socraticæ Jososeriq, ubi laus pediculi, pulicis, aranex, passeris, luctus etc.

§. 19.

Hisce qvidem qvos hactenq recensuimq, non tam genij atq indoles sermonis latini, sed ipsiq eloqventiæ ratio qvodammodo, in qvan, tum exempla possunt, cognosci potest. Juva, bit tn. cum instituti nostri ratio postulat, eos qvog indicare, qvi præceptis monstra, re viam ad eloqventiam aggressi sunt. Li, cet enim eloqventiæ præcepta generalia sint, ita ut qvalibet longa adhiberi possint, cum tn. non comodior alibi se offerat loq, hic paucis rem ipsam exprediamq. Aristotel, lis qvidem libri Rhetoricorum multorum judicio

ceteris omnibus in hoc genere dubiam vendunt palmam. Artis Majoraviij, Riccobonij, Victorij commentationibus suis lucem affundere annixi sunt. Schraderus tn. omnes fere superat, qui Christi, aliis praecepta ad hodiernam dicendi rationem haud infeliciter accommodat. Prodiit ejus Commentarius Helmstadii ao 1674. in 4. Habemus quoq; e Graecis Dionysium Halicarnasseum, Hermogenem, Demetrium Phalereum, Dionysium Longinum, alios q. Et Dionysij quidem Halicarnassei de Charactribus antiquorum Oratorum, et compositione orationis etc. praeclare egit. Hermogenes de dicendi genere s. forma orationum libros II. nobis reliquit Argentorati cum versione et notis Joh. Sturmii ao 1571. in 8. vulgatos. Demetrii Phalerei liber de elocutione Lipsiae ob praestantiam editus et prodiit et cum notis Caselij Francofurt. ao 1633. Quae autem hominem praecepta ejus transtulisse dicit Franciscus Pancirolla Italus celebris. Dionysij Longini scripsit librum de sublimi dicendi genere à Tanaquillo Fabro editum. Et ad v. Langbarnii in hunc rhetorem Commentarij, neutiquam contemnendi, commemorandi hic quoq; debet Aphthonius, cujus habemus progymnasmata edita à Joachimo Camerario, Lipsiae ao 1570. in 4. Sed ut inter Latinos summam eloquentiae laudem ipse Cicero consecutus est, ita quae reliquit monumenta, quibus viam ad eloquentiam ostendit, commendavit cumprimis eloquentiae cultoribus solent. In libros Rhetoricorum Ciceronis Sebastiani Corradi, Claudii Minois, Sturmii, Melchioris Junii, aliorumq; commentationes extant. Compendium e Ciceronis praeceptis confecit Melchorius ao 1670. in 8. editum. De Quintiliano jam supra egimus. Reliquos Rhetores minus celebres collegit nuperrime edidit Ger. Vossius in 4to ao 1699. De generatim observandum, in scriptis antiquorum Rhetorum plerasq; ita esse comparata, ut hodie nullum plane usum habeant.

§. 20.

Inter Recentiores eminet Nic. Causinus, cujus libri XVII. de eloquentia sacra & profana primum prodierunt Lutetiæ ao 1617. Deinceps sæpius recusi sunt. Prolixum quoq est opus Jesuitarum, qui titulo Reginæ Palatium eloquentiæ Moguntiæ editum ao 1679. Huic merito præfert Vossius, cujus libri XIX. oratoriæ institutionis Lugd. 1630. recusi, deinceps Masseius quoq eo Jesuitis totum huic studiorum generi manciparit, & varia scripta, ut palæstram styli, palæstram oratoriam & alia huc spectantia edidit. Taceo nunc Ant. Lullum Balearem, qui de oratione libros 7. scripsit, Franciscum Robertellum, cujus de facultate Rhetorica extat liber Florentiæ ao 1548. editus in 8. it: de artificio orationis Edmundum Riecherium, qui de arte figurarum & causis eloquentiæ scripsit, prodiitq liber Lutetiæ 1605. 8. it: dissertatio de arte Rhetorica & methodo ad usum vitæ civilis revocandi, edidit Lutetiæ ao 1629. Ludovicum Vivem de ratione dicendi, & alios

[illegible] aliorum compendiorum via iniri nequeat potest. Præstant præ cæteris Radavii & Becceri potius orator extemporaneus Lipsiæ 1656. in 12. editus. Sigismundi Latomi Artis oratoriæ 1665. 12. Francof. editus & Vossii oratoria 1665. 12. Francof. editus & ao 1690. 8. recusa auctior. Joh. Caviat: Keckermanni Rhetorica civilis. Uratislaviæ 1679. 12. edita. Brevitate, perspicuitate & selecta rerum varietate se mihi probarunt. Prælecta oratoria Bonifacii Balbini, qui & in verisimilibus humaniorum literarum non contemnenda affert præcepta omnino huc faciunt. Exercitationi inserviunt Ideæ orationum, quas edidit M. Zuerius Boxhornius Lipsiæ recusa ao 1661. Huc & Lessii, Manni & Exercitationes Rhetoricæ comparatæ sunt, item Schraderi dissertationes orationum & epistolarum, quæ in omnium versant manibus. Christiani Weisii denique non prætermittendæ sunt institutiones oratoriæ, quæ facilitate & exemplorum copia se commendant. Ejusdem liber de imitatione huc etiam pertinet, ingrato tamen sine necessitate

Lut du parfait Orateur du P. Lamy in 12.
L'Eloquence de tems. 12.
La Rhetorique d'honnete homme 2. Vol. 8.

proliq; è. Cæteros, quod minoris momenti sint, libros præterео. De actione quam utramq; in orationibq; spaginam facere Demosthenes judicavit, adhuc addendum, quod de ea ex instituto commentatq; sit Aud: Cesolig in vocati, onibq; ut vocant, autumnalibq; sive de perfecta orationis actione & pronunciatione lib: 3. editis Lutetiæ 1620. 4. sed longe accuratiq; hoc argumentum nostra ætate pertractavit Petrus Franciscq; qui in eo excolendo summam industriam posuit.

§. 21.

Ad Oratores proxime accedunt Poëtæ, de quibus itidem hoc loco aliquid dicendum est, præcepta nonnulli ex ipso Aristotele hujusmodi suadentia vid. Lazzarelli poetica Aristot: quæ prodiit Lutetiæ ao 1619. 8. Ex Romanis Horatiq; de arte poëtica scripsit, quem librum qui commentariis suis explicant, multa de arte observare solent. Ex recentioribq; merito commendatur Poëtica Giessensis ao 1617. 8. edita: in ea enim plene accurate omnia tractantur, quæ

hanc artem spectant. Vossiq; quoq; de artis poëticæ nat: & constitutione scripsit lib. 3. c. mscr: 647. in 4: editos. Item q; de imitatione oratoriæ & poëtica ibid. & eod. anno. Masenii Sibylla, sive eloquentiæ ligatæ prodiit Coloniæ 1661. in 12. Restant quoq; de singulis carminum generibq; Virorum DD. commentationes, ut Dan. Heinsii de tragœdiæ constitutione it: de Satyrica Horatiana, it: Isaaci Casauboni de Satyrica Græcorum & Romanorum poësi, quem librum in Musæo suo nonita quidem recudi fecit Thomas Crenius, & in quæ alii, à nobis brevitatis studentibus non memorandi. Ipsos Poëtas Romanos nunc non memorandi. Ipsos Poëtas Romanos saltem præcipuos supra in dialogo de Poëtis, item Klaus Borrichij itidem de Poëtis græcis ac latinis item Joh: Gerhardi Vossij, Baillet in jugementens des Sçavans etc: De Poëtis quoq; ex instituto agit Boremanssij in dialogo de poëtis, & Prophetis vulgatis saltem & præterita affert. Legi & hic poterit Cyriaci Lentulj in Christarcho Eucharistico Latialis, Herborna, 1663. 8. edito

Christianos. Haec tus enumerat Ursinus in Museo
lo p. 28. seq: Possent hic multa dici de Scripto
ribus Mythologicis, sed eiusmodi scriptoribus exit hoc in
ex Scriptores historicos. De Enthusiasmo
poetico praeter alios ex Petity eruditè scri
psit. Sed haec quae de re alibi dicit. Formu
larum ac phrasium poeticarum copiam sub
ministrat Weinrichius in erario poetico. Ba
kerig in Flavius poeticis. Extat quoque li
ber qui titulo: Gradus ad Parnassum, in quo
Synonyma, Epitheta et phrases poeticae exhibe
tur, prodiit Coloniae anno 1691. Nec negligen
da hic sunt observationes poeticae Joh. Becke
ri, Antverpiae 1688. in 8. editae et curae
Morhofii Kilonii anno 1691. recusae.

§. 22.

Negligit hodie fere poesis, et in ejus locum
successit aliud scribendi genus, quod vocant
politicam satis ineptè nonnulli vocant. Certe
a vera et genuina eloquentia Inscriptiones
istae et argutiarum, ut vocant inventiones
plane abe-

plane abeunt, quod peculiari jam dissertatione
ostendit Franc: Levasor, item Alberty de Al
berti in thesauro, sut vocat eloquentiae sacrae
et profanae edito Agrippinae 1664. in 12. edito.
Orta a. ista pestis est ex Italia et Germanos
ad peregrina gravis admiranda ac imitan
da pravos afflavit. Inter Italos a. cumpri
mis Enarr. Thesauri in hoc genere elabora
vit, et magnam adepta est famam. Inscri
ptiones ejus magno cum applausu exceptae
recusae sunt Coloniae Brandenb. 1671. in
8. Praecepta dedit in Idea argutae ac in
geniosae dictionis ex principiis Aristoteli
cis erutae quem librum Italico sermone scri
ptum in linguam latinam transtulit, et anno
superiori 1698. in 4. edidit Caspar Ziberg
eloquentiae in Academ. Helmstad. Professor.
Thesauro jungit haud immerito Jacob Masenii
ejus praeceptis non minus quam exemplis
hanc artem exornavit. Argutiae ejus familiae

G

ares prodierunt coloniæ Agrippinæ 1660. quos
deinceps ars nova argutiarum coepit. Eorum
quæ qui cupit, is adeat Petri Labbei elogia Gal-
lianopoli 1664. in fol. edita. it. inscriptiones
Octavii Ferrarii, quarum pars prima eâdem
Batavii ao 1668. tertia ibid. ao 1674. prodi-
it. Olberti quoq; Gifanii in Lechiade, sive vo-
cat, vitas Regum Colonicorum hac ratione de-
scripsit; Idemq; est institutum Xaverii in Ma-
soleo Legum ac Ducum Hungarorum. Quin
omnes, qui inscriptiones, quæ in ædificiis mo-
numentisq; aut publicis aut privatis legun-
tur, collegerunt, sicut Philippus Thomassinus aliiq; huc
pertinent. Ingenium claruit Christianus Weisius,
qui inter Germanos ex præceptis eorum exem-
plis editoq; libello de argutis inscriptioni-
bus hoc argutiarum ac acuminum stu-
dium valde promovit.

§. 23.

Spectant ad poesin etiam Emblemata; nam
ea in illis pro imagines res præsentant, quod
Poëti proprium est. Utrum hic fuit pragma-

Jacob Masenius in Speculo imaginum occulta-
rum veritatis. Habemus vero Emblemata Andreæ Alciati
Sambuci Odor. Juvenis Camerarii Schönhofii
aliorum. Politicum instruit per Emblemata
Didacus Saavedra Philippus quoq; Cinnelly
in mundo, ut vocat, symbolico suum contemnen-
dum Emblematum pariter ac Symbolorum appa-
ratum edidit Scripsq; liber Italice, latine
prodit Coloniæ ao 1687. in fol. Symbola nam
ad hanc ipsam quoq; haud immerito refe-
runt classem. Edidit autem Sylvester à Petra Sancta
Symbola heroica Antverp. ao 1650. in
4. Taceo Paradinem Gabrielem Simeonem
aliosq; qui in eodem campo ingenii perici-
tati sunt vires. Jacobus Typotius Symbola Pon-
tificum, Imperatorum, Regum etc. edidit,
prodiitq; liber Francof. ao 1652. de hac
re hieroglyphicis et Scriptoribus Numismatum
alibi dicet.

§. 24.

Revertimur nunc velut è diverticulo in viam

ea porro tradituri, quæ ad notitiam linguarum pertinent. Latinam & linguam meritò excipit græca, cujus quippe atque late patet usus, sufficit tm. si intelligat, cum hodie quilibet, quæ quæ ant scribat, non reperiat. Quod itaq; libellos grammaticos linguæ hujus fundamenta continentes attinet, infinita illorum è copia nos præcipuos indicabimus. Extat Theodori Gazæ introductio in Grammaticam Græcam Veneti, ab ao 1495. in fol. edita accuratioribus ac plenioribus annumeranda. Nicolai Clenardi institutiones grammaticæ aliquoties sunt editæ, tum in 4to tum in 8vo. In octavo prodierunt Francof. ao 1607. Michaëlis Neandri Erotemata græcæ linguæ edita sunt Witteberg. ao 1561. ibi 8. Cæteras præterea omitto.

L'art d'apprendre la langue greque par Mr. de Port Royal

Scripturæ cæteroquin ejusmanibus Grammaticæ Græcæ Wetteri, quæ juvenum studiis valde è ac commodata. Lexica nunc porro recensenda essent, sed de iis accurate jam egit Johannes Heinricus Boederus in dissertatione de Lexicis græcis ac latinis. Proinde nihil hic addamus. De idiotismis græcæ linguæ, ejusq; indole eruditè scripsit Guilielmus Budæus in commentariis græcæ linguæ. Sed Franciscus Vigerus quoq; legi meretur de præcipuis græcæ linguæ idiotismis. Prodiit Lutetiæ Parisiis 1622. 12. De accentibus ejusdem Dan. Tilenii & Philippus Labbeus egerunt. Ille prodiit ao 1655. in 12. hic ao 1650. in 12. Sed lectu cum primis indigna est Joh. Danielis Majoris epistola de nummis græce inscriptis, quæ præcipuè paradoxum Hermanni & ante ipsum Vossii utriusq; & J. C. Scaligeri linguam græcam non esse secundum accentus pronunciandam, orbi literato ulteriùs considerandum committit cum appendice, de suspecta etiam, imo etiam olim nulla jotorum subscriptione, de Kilia Wolfatorum 1685. in 4. Prodierunt hoc multa scripta de lingua Hellenistica, sed hæc de re infra dicemus, cum de scriptis theologicis agendum fuerit. Interim ad notitiam hebraicæ linguæ comparandam omnino

græcæ

multum confert lectio scriptorum græcorum, prin
potiq hic finis e scopq è, cui literis græcis
navanda è opera. Autores a. isti l. historici
sunt l. Poeta l. oratores, l. Philosophi, qri nun
omnes ordine recensendi essent, si instituti hoc
permitteret ratio. Ita Compendio eos exhibet
Rechenbergij de studiis academicis Sect. V. cap.
1. 2. 3. 4. 5. Sed de Poëtis pariter ac histori
cis Gerhardq Joh. Vossij qvoq consulendq è.
De philosophicis infra dicet.

§. 25.

Græcam linguam excipit hebræa, qvam homi
ni Christiano magnam afferre utilitatem pos
se, nemo dubitaverit. Hinc non tantum Theo
logi, sed Jurisconsulti etiam atq Politici lin
guam hanc diligenter coluerunt. Legant the
odori Eberti Elogia 100. Autorum et Doctico
rum, qvi linguam sacram propagarunt, Lipsi
æ edita in 8. a° 1662. add Clerici Gallia ori
entalis. Ad subsidia hanc linguam addiscen
di pertinent primò libelli grammatici, qvorum
infinity est iterum numerq. Accuratioribq ne
rito annumerat Hebraismq restituto Matthiæ
Wasmuthi, sapiq recusq, in compendium eum,
qvod paulo prolixior è, misit Henricy Opitij.
Addendum hic est Joh. Andreæ Danzij Lucu
frangibulum, ut vocat, qvo itidem præcepta
grammatices hebraeæ accurate complexq è; Ma
rae apud Pfeifferum in Methodo hebraea.
Rebus constitto cæteros omittimq. Deinde tamen
consulendi sunt Scriptores, qvi de Idiotismis
linguæ hebraeæ ex instituto commentati sunt.
Hos enim nisi qvis perspectos habeat, non
foret operæ pretium e hebraea lingva
notitia. Huc pertinet Benedictq Arias Mon
tanq de familiaribq linguæ hebraicæ idio
tismis, Brianq Waltherq de Idiotismis He
braeorum, Andr. Jennertq in Centuria Canonum
de idiotismis linguarum orientalium. Abdi
as Praetorij de phrasibq ebraeis, et id genq
alij, qvin omnes illi, qvi de locutionibus
et phrasibq sacræ Scripturæ agunt, huc
quodammodo referri possunt. Porro si

non nullos audiamy, in lingua hebraea ac
centuum quoq; habenda ratio, quam quide
doctrinam omnium accuratissime mea opini
one proposuit Matthias Wasmuthig in Institut:
methodica accentuatione Rostochij edita. Extat in
Augusti Pfeifferi Manuductio nova et facilis
ad accentuationem V. Test. prosaicam et me
tricam additæ ejus critica S. cui catalogum scri
ptorum, qui de accentibq egerunt, præmisit.
Ad Lexica denig quod attinet, ea sunt dupli
plicia aut harmonica, plurium linguarum ori
entalium convenientiam demonstrantia. Ju
ter simplicia Joh. Buxtorffij Lexicon hebraicum
et chaldaicum omnium manibq teritur et usi
bq juvenum maxime est accommodatum. Inter
harmonica eminet Lexicon heptaglotton Edmun
di Castelli quod Londini prodiit ao 1669. fol. Jam
antea Valentini Schindlery ediderat Lexicon Pen
taglotton, quod Hannoviæ prodiit ao 1612. Re
liqua Lexica recenset Pfeifferg in Critica S. cap.
2. §. 10. pag. 167. seqq. Singulare plane est
institutum Caspari Neumanni Pastoris Vratis
lavienſis viri docti, quod nostra ætate suscepit.
Nam ex literarum hebraearum figura vocum
ipsarum eruere significationem annitit et demon
travit sane pluribq specimenibq rem non infeli
citer procedere. Usum autem amplissimum
habet istud institutum, quia primo hoc modo de si
gnificatione vocum, de quibq interdum nihil
definiri potuit certi reddimur, deinde obscura
vocum significatio eruitur. Hoc modo et clarior
reddit. Fundamenta sententiæ suæ proposuit
in libro cui titulus תורת יהוה. Liber Ge
neseos linguæ S. ante aliquot annos edito, de
hinc specimina Lexici dedit editis hactenus tribq
prioribq literis. Ultima pars litera ת hoc
anno prodiit Norimbergæ in 4to et sqq in eo,
ut cæteras etiam edat.

§. 76.

Scripta ebraeo idiomate pure non habemy, nisi
libros V. Test. exceptis tamen chaldaicis, qua
inserta sunt. Aut illorum, quæ impure et he
braeo, chaldaeo idiomate scripta sunt, magna
extat copia. Horum notitia comparari potest
ex Joh. Buxtorffij Bibliotheca Rabbinica in

fol: cujy tomy prima Romæ ao 1675. secundus ibidem ao 1678. tertig 1683. prodiit, nunq quam tq, opem promisit, accesserit, hunc non memini. Cæterum cum Rabbinorum genq dicendi multum deflectat, a puritate sermonis ebraei sæpiq quoq mixtum dicendi genq sectant, ex lingua Chaldæa atq ebraea nobis hic opq est subsidiis. Grammaticam huic instituto servientem concinnavit præter alios Henricq Opitig cujus Chaldaismq Targumico Rabbinicus prodiit Kiloni ao 1682. Lexicon Rabbinicum Buxdorffig dedit non tantum minq illud Lexico hebraico subjunctum, sed majq quoq quod vocat Chaldaicum Talmudicum Rabbinicum, quod Basileæ ao 1639. prodiit in fol: Joh. Henr. Otho in Lexico Rabbinico Philologico, non voces, sed res ipsas in scriptis rabbinicis occurrentes explicat. Illis a. qui proprio marte in hoc genere studiorum proficere cupiunt, utilem operam præstitit Joh. Leusdenius in Syra explicato ex Græcis illustrato &c.

§. 77.

Præter linguam hebræam, chaldæam quoq atq syriacam illos qui studio theologico se consecrarunt, nosse oportet. Quibq nonnulli ex aliis ex modernis Asiaticis ac Africanis addunt, ut Arabicam, Samaritanam, Æthiopicam, Persicam, Turcicam, Copticam, Armenicam, Ibericam, Sinicam, de quibq omnibq varia collegit, et autores huc facientes indicavit Pfeifferus in Critica S. p. 398. Æthiopicam vero hodie demum strenuè colit vir doctiss. mus Jobus Ludolphus, cujus extant varia scripta huc spectantia. Arabica et regia velut dialecto lingua æthiopica in lingua Arabica conspicua, ad quam addiscendam edita Grammatica hoc ipso anno 1699. viam munivit. Idem vir doctus Jobus Ludolphus lingua coptica ex veteri ægyptiaca atq græca conflata est. Ob ejus peritiam hodie celebrat Franciscus Behmerus, qui edita non ita pridem descriptione in monumenta coptica Bibliothecæ Vaticanæ simul promi,

sit Grammaticam linguæ Coptica longe ac
curationem, quam Athanasii Kirchæri, qui &
itidem ob linguæ hujus peritiam magnam
consecutus est famam. Ad Turcicam, Arabi-
cam, & Persicam linguam præter alios sub-
sidio erit Thesaurus linguarum orientalium
Francisci à Mesgnien Meninski, qui pro-
dlei Comitis Northumbriæ prodiit Italicè Flo-
rentiæ ao 1661. in fol. tomis 2. In tomo
secundo continent tabulæ hydrographicæ
Henr. Danckerts geographus prodiit Amste-
todami 1660. in fol. Tomo 5to Atlantis
Janssonii itidem hydrographiam, dit. loc. bre-
vem exhibet. Insulas et continentes ora-
rittimas separatim descripserunt Be-
nedictus Bordonius et Thomas Porrachius
uterq; Italus in speculariby opusculis. Gry-
phiander a. in tractatu de Insulis huc re-
spectat, sed de juribus Insularum agit. Denig; de it-
nerariis aliquid dicendum, quippe quæ usum longe
amplissimum in geographicis præbent. Est ver-
tanta illorum copia, ut difficile sit v. optimum
eligere. Itinerarium orientale Philippi à
S.S. Trinitate curiosissimum de Regno ori-
entis submittit. Adami Olearii descri-
ptio itineris persici, Joh. Alberti à Man-
delsloh descriptio itineris orientalis rerum
Asiaticarum notitiam egregiè submittrat.
Du Vallii Franc. et Andreæ Schotti Ruberti
et Hieron. Welschii itineraria satis nota
sunt, et in omnium manibus versantur. Nec
temerè quemquam fugiunt Mart. Zelleri
itinerarium Germaniæ ejusdem fidei Achates,
ut et itinerarium Italiæ, Hispaniæ, Britanniæ,
iter Germanicum Dn. Erepliti Sinceri itinera-
rium Galliæ, Abrah. Gobricii Ulysses Gallo-Bel-
gicus. Jis missis cæteris tantum recentissimos
itinerariorum autores indicabimus. Ao. 1695.
prodierunt Curieuses Voyages de Mons.
Monconys 5. Vol. in 12. Est hocce itinera-
rium longe curiosissimum, itinera Mon-
conysii per magnam Europæ ac Asiæ
partem exhibet. Cunctis recentissimum
Egypti statum accuratissime descripsit,
in linguam germanicam quoq; translatus
est à Christophoro Juncker o ni fallor
et in 4to editum. Huic addendus Gil.
Burnetij, qui iter suum per Helvetiam

ac Italiam ut Galliæ ac Germaniæ partem accurate descripsit, multis lectu dignissima exhibet, prodiit Anglicè, sed magno applausu ejus cessit ille libellus in Gallicam ac Germanicam linguam translatus est. Germanicè prodiit Francofurti a.o 1693. in 12. Edidit quidem et Joh. Mabillonius iter Italicum, sed hæc ejus antiquitatis cultoribus cumprimis gratum erit, quod Bibliothecas Italiæ diligenter perlustravit Mabillonius et quicquid in illis observatu dignum vidit, in hoc Itinerario consignavit literis. Nouveau Voyage du Levant h.e. itineris novi per orientem facti descriptio, Auctore Fr. du Mont prodiit Hagæ Comitum 1694. in 12. Non contemnenda de Insula Malthæ imperio Turcico asserit Comitissa de Aunoy edidit Voyage d'Espagne. Itinerarium Hispaniæ in quo recentissima ad notitiam hujus regni pertinentia occurrunt Ludov. Hennepini Itinerarium S. dekte

nova vatissima regionis in America inter Mexicam novam et mare glaciale sitæ, prodiit ao 1697. et vel hoc unice lectorem invitat, quod ea describat loca, quæ nulli peregrinatores hactenus adierunt. Demonstrant jam ante descriptionem Ludoviciana edidere. Nouvelle Relation d'un Voyage fait aux Indes Orientales contenant la description des Isles de Bourbon et de Madagascar etc. sed nolo plura addere, tot enim extant itineraria, ut eorum catalogum texere infiniti laboris res esset. Ultimo loco illud addendum inter tabulas geographicas maxime laudari Blavianas, Fischerianas, Janssonianas.

§. 39.

Progredimur ad Scriptores Genealogicos. Sunt a. isti l. generales l. Speciales. Generales vel veterum Genealogias tradunt l. recentiorum. Inter illos eminet Leibnitz Leibnitius in Syntagmate hereditario

o tripartito de familiis; quæ in monarch
is tribus prioribus rerum potita sunt, & Ubbo
Emmig in accuratissimo opere genealogico
Romanas familias seorsim descripsit Elias
Reusnerus in theatro genealogico Roman:
Cæsarum. Gabriel Bucelinus in auctuario
nuclei historici. Recentiores familias Reg
ipum Europæorum aut omnes a. ple
rosq; descripsit idem Bucelinus in lectio
tabulis, & quidem ea parte, quæ notitiam
Sacri Rom. Imp: Principum genealogiam
vocat. Idem suscepit Antonius Albitius
Florentinus in stemmatis Principum Christ
anorum. Nicol. Rittershusius in Genealogia
Imperatorum, Regum, Ducum, etc: orbis
Christiani. Deinde notandi sunt, qui ve
luti compendia genealogica dederunt, ut
Dn. Spenerus in sylloge genealogico-histo
rica, quæ prodiit Francof. 1677. in 8vo.
Tobias Wagnerus in libris iis genealogicis
Lorrhemetiam pertinent, qui Principes
hodie rerum potientes exhibent, ut Petrus Am
brosius Leuthaeus in ittz florentibus Europæ
aliis. Sunt præterea non nulli, qui ut specialem
unius gentis aut familiæ tractationem præ
se ferant, latius tamen se diffundunt, et plu
rium simul familiarum genealogiam illu
strant. Ad hanc classem pertinent Reu
nerus in Genealogia Regum, Electorum,
Ducum, Principum, atq; Comitum, qui origi
nes suas à Saxonum Rege Witekindo dedu
cunt. item Franc. de Rosieres in tomis
3. Stemmatum Lotharingiæ ac Barri
Ducum: ut & David Blondellus in plenio
re assertione Genealogiæ Francicæ. His sub
jungimus eos, qui tabulas genealogicas
Principum complexi sunt. Præstantiores
& summopere præ ceteris commendandæ
sunt, quas concinnavit Georg. Lehmayer
sub titulo: Vera Europæ status

fürstl. stutfurtischer Historischer und genealogi-
scher Fleiß ausgefertiget, edita & cum augmento
ac continuatione Imhoffii Viri in hoc ge-
nere principalis recusa sunt Lu-
neburgi 1695. sed ad speciales Scriptores
accedimus, interea eos primo loco indicando
est, qui Imperii nostri Romano-Germanici
familias illustres velut in compendio exhi-
bet vir doctissimus Jacob Wilhelm Imhof-
fius (in notitia S. R. Germ. Imperii Pro-
cerum quarta vice prodit Norimbergæ an.
1695. in fol. Hispaniæ ac Lusitaniæ Re-
gum Genealogia & Historias supra cita-
tis petenda est, uti & Galliæ Regum de-
mibus tamen præterea adhuc extat Jose-
phi Severa in Stemmatibus Franciæ ac
Navarræ Regum à prima utriusq; gen-
tis origine usq; ad Henr. M. Ferro
Adriani Jordani Jesuitæ la Critique de
l'origine de l'Auguste Maison de Fran-
ce Parisiis an. 1683. in 12. Probare in hoc opere
vir doctus annitit modernam Regum Galliæ
familiam ab ipsa stirpe Merovingica originem
ducere. Philipp. Jacob. Spenerus viri
de his studiis optime meriti illustriores Galliæ
stirpes tabulis genealogicis comprehensæ
prodierunt Francofurti 1695. in fol. Fo-
rundam etiam illustrium Galliæ familiarum
genealogiam peculiari opere erudite explicavit Jacob. Wilhel. Imhoff. prodiit hoc opus
Norimbergæ 1688. in fol. Idem Autor de
de Genealogia Regum Procerumq; Anglia optime meruit est. edidit enim Regum
Cariumq; Magnæ Britanniæ historiam
genealogicam, qua veterum & recentiorum in illa familiarum origines, stemmata & res memorabiliores ordine ad
novissimum Angliæ statum aptato re-
censentur & explicantur Norimbergæ
1690. in fol. Procerum Bohemiæ Genea-

lgiam exhibet Bohuslag Balbing in mis-
llaneis historicis regni Bohemiæ Dec. II. lib.
1. ex Seqq. Atq; hi quidem præcipui sunt, qui
ex scriptoribus Genealogicis mihi innotue-
runt.

§. 40.

His nunc merito subjungimus Scriptores
Heraldicos. Horum in tanta jam extat co-
pia, ut eorum nominibus integrum librum
impleverit Thom: Joh. Armiger Anglus,
Suijq enim studio et opera Anno 1674.
prodiit Catalogus Autorum, qui de re He-
raldica latine, gallicè, Italicè, Hispanicè,
Germanicè, Anglicè scripserant. Nonnullo
quoq; indicat Becmanno in notitia digni-
tatum illustrium dissert. 6. cap. 3. §. 1.
Omnibus a citra controversiam hic cedit
palmam viz doctissimus D. Spe-
ner, cujus insignium theoria s. operis
heraldici pars generalis prodiit Franco-

furti ad Moenum 1690. in fol. sed jam decennio ante
operis hujus editionem prodierat Pars specialis
delineationem insignium plerorumq; Regum, Du-
cum, Principum, Comitum et Baronum incul-
tè Europæ etc. continens. Non dissimulat
vir summus, multum se debere Claudio Franco
Xeletriero, cujus varia itidem extant scri-
pta huc pertinentia, ex quibus nunc saltem
indicamus compendium elegantissimum, quod
sub titulo: La Science de Noblesse ou la Nou-
velle methode du Blason edidit prodiit
Parisiis 1691. in 12. sed plura ejusmodi ex-
tant compendia, ex quibus unicum saltem adhuc
lingua germanica scriptum addimus, Caspa-
ris Sigismundi Busingii, cujus Einleitung zu der He-
roldt Kunst auf eine ergetzliche und deutli-
che art verfasset prodiit Hamburgi. 1694. in
12. Cæterum cum ars heraldica propri-
is suis terminis usq; haud paucis gaudeat,
ideo puto ii in lingua latina commodè
possint, ex instituto docuit Joh.

Gibbon in introductione ad latinum Bla-
sonicam prodit liber lingua anglicana scri-
Londini 1682. in 8. Eodem tempore Wilhelm
Dugdale librum scripsit de usu antiquo ge-
rendi armaq; cui catalogo hodiernae
nobilitatis prodit Oxonij 1682. in 8. Inter
Italos recentiores in hac studiorum parte
famam ac nomen illustre consecuti est Iulius
Caesar de Beatrizio, cujus Nobiliario te-
raldico itemq; Fecialis Veneti utroq; tempo-
Italica scripti, prodit Venetiis 1686. in

4.

§. 41.

Perdusimq; itaq; ad finem quae de scriptor-
bq; historiae civilis et disciplinarum cum
ea connexarum dicenda nobis fuerunt
fine justa dispositionem, quam §. 2. hu-
jq; capitis praescripsimus, nunc de scri-
ptoribq; histor. eccles: dicendum esset, se
commodiorem opportunioremq; locum inter

3 scriptores

scriptores theologicos invenient. Proinde
juxta leges ibidem §. 2. praescriptas seqeun-
turq; quae vitas singulorum hominum, viro-
rumq; ac foeminarum illustrium dederunt.
Sunt autem viri isti l. eruditi l. Reges,
Principesq; l. rebq; praeclare fortiterq; gestis.
De illis, qui vitas eruditorum scripserunt,
jam supra dictum, uti et de illis, qui Regum,
Summorumq; Principum res gestas literis
consignarunt. Ergo non nullos saltem, qui
illorum virorum illustrium vitas descripse-
runt, afferemq;. Observat a Joh. Gnov.
Bosio longe frequentiq; veteres, qui nostri
temporis homines in hoc genere versatos
esse, de comparand: prudentia civili §.
2q. ubi de utilitate scriptorum ejusmodi
disserit. Ex veteribq; huc spectant Plutar-
chus, Suetonius, Cornelius Nepos, Tacitus
in vita Agricolae. Ex recentioribq; Arti-

P.

Maria Gratiani in theatro historico de virtutibus ac vitiis illustrium virorum accuratius prodiit Francof. 1687. in 8. Eiusdem Gratiani extat vita Cardinalis Commendoni sano studio ac stili elegantia conscripta. Nec praetermittendus est illustris ille ac magnus Gallos celeberrimus Petrus de Bourdeille Dn. de Brantome cuius opera quatuor tomis in 12. conjunctim prodierunt, in quibus vitas virorum illustrium, cum Gallorum tum exterorum satis magni, narum illustrium egregie descripsit, vid. de hoc opere Colonesij in Bibliotheque Choisie p. 184. ubi et alios laudat in hoc genere praestantes. Eorum qui singillatim vitas virorum illustrium descripserunt, ingens plane est copia. Nos ex praecipuis non nullos saltem afferemus. Huc spectant vita Anonymorum Cardinalis Richelieu, historia Ludov. Borbonii Principis Condei vita Cornelii Trompii, historia Joh. Austriaci, Philippi Emanuelis Ducis Mercuriani, vita Caroli V. Ducis Lotharingiae et eratuum Imperialium generalissimi historia Guilielmi I. Ducis Aquitaniae Varillasii historia, Wilhelmi Croii de Bouisson vita Vicecomitis Turenni et eorundem Regiorum gallicanorum Ducis S. Marescalli Supremi. De monplein Champii historia Emanuel. Philiberti Ducis Savaudiae Amstel. 1692. in 8. Sed observandum, licet hi omnes et multi alii ad vitarum scriptores referri possint, paucissimos tamen accurate ea observare, quae in hoc genere scribendi apprime necessaria sunt, ut nec minutissima scilicet praetereant, et non tantum, quae ab unoquoque in luce publica et hoc mundi theatro gesta sunt, exponant, sed et referant, quo pacto quisque inter privatos parietes et cum publicam personam deposuit, sese gesserit, quae ut satis

jucunda sunt, ita lectorem cumprimis egregie instituunt. Exemplum hic omnibus præbere potest Cl. Gassendus in vita Peireskii, tam eleganter & erudite curioseq; scripta, ut in hoc genere pro præstantissimo exemplo haberi possit. Tertia editio quæ optima est, prodiit Hagæ Comitum Ao 1685. in 4. Dem Gassendo scripsit quoq; vitam Tychonis Brachei eques Dani & Astronomorum Cryphoei item q; Nicolai Copernici Varmiensis Canonici, IV: Astronomi illustris, porro Georgii Purbachii Johannis Mulleri Regiomontani Astronomorum celebrium. Hæc desunt, qui vitam suam ipsimet descripserunt, ut Thuanus & Tycho Brahæus, qui postremus res suas accuratissime etiam minutissimas exposuit, sed & simile institutum secutus videtur Regerius de Rabutin Comes de Bussi, cujus Commentarii s memoires ante annos circiter annos prodierunt, in quibus vi-

N. Aurel. Anto-nius de scripto ad scriptum.

Historiæ druck-fehler.

rum suam accurate & gallicana libertate describit. Quin & aliorum Commentarii s. Memoires omnino huc referendi sunt, ut Jac. Melvilli, qui prodierunt Hagæ Comitum 1694. in 12. Cæteros libens prætereo. vid. quoq; de vitarum scriptoribus Morhoffius in Polyhist: T. I. L. 1. cap. 19.

§. 42.

Postquam itaq; absolvimus historiam hominum, progredimur ad historiam rerum. Inter quas primo loco ponimus res naturales. Est autem plena suisq; numeris absoluta historia naturalis inter virorum ærarium desiderata. Interim quo pacto conferri debeat, ostendit Franciscus Baco de Verulamio in descriptione historiæ naturalis & experimentalis quæ addita est ejus novo Organo pag. 274 & segq: Et antiquis tale quid moliti est Plinius in historia sua naturali, de cujus optimis editionibus & commentatoribus

riby jam pyrra dicimy. Plinium seuty est l. compendium potiy e eo fecit Solinj, in quem extant Caudii Salmasii exercitationes omnigena eruditione exfertae, sed ad historiam naturalem parum facientes. Recte nanq Scrulamius l. c. p. 397. facessere procul abesse ab historia naturali, vult omnes antiquitates et citationes et suffragia Autorum in lites et controversias et opiniones discrepantes, omnia denig philologica. Caterum, qui certam historia naturalis partem e veteribus excoluerint, non desunt. Sic Aristoteles scripsit historiam animalium, in quem extat commentarius doctissimus Jul. Caesar. Scaligeri. Item et Caudii Aeliani de animalium natura extant libri 17. quos prima grace et valavit Conradus Gesnerus, addita passim emendata latina interpretatione Petri Gillii de plantis. Theophrasty Eresij, Aristotelis discipuly et Dioscorides Medicy Cleopatrae et Antonii scripserunt. Ex recentioribus, qui universalem pene historiam condere aggressy sit, non successit. Nanq Antonii le Grand historia naialis vulgaria et ubivis obvia pro compendium tradit. Nec non contemnenda affert J. C. Scaliger in exercitat. suis de subtilitate, quas Hieronymo Cardano opposuit, prodierunt Francof. ao 1612. sed qui per partes historiam naialem illustrarunt, plures extant. Illustre nomen in isthoc campo consecuty est Ulysses Aldrovandus, cujus historia pisciam lib. 5. historia avium 3. ornithologia libris 20. constat, et sic veterum quos animalium historiam contexuit. Ex compendio historiae animalium haberi potest Joh. Jonstonj Zoologia, cui Kirchmayerus selectas quasdam dissertationes de zoophytis quibusdam animalibus ejecit. Sed quos ex Aldrovandum adi,

net, legem ex Veralamio allatam gravum
observat, nimiusq est in philologicis demi,
sendis. Graecarum literarum ignorantiam in
eo notat Cattel. Sech. Sparheimiq in trac
de praestantia & usu numismat: p. 86. in,
sectorum historiam diligenter scripsit Joh. Swa,
merdan Medicq celeberrimq belgico quidem
idiomate, sed postea in linguam gallicam con,
versq liber prodiit Ultrajecti ao 1685. in
f. Porro piscium historiam ex recentio,
ribus illustrabit Franciscq Willughbeiq, cujq de
historia piscium libri 4. jussu & sumtibus so,
cietatis regiae Londinensis editi, totumq
recognovit, correxit, supplevit librum
n. primum & secundum, integros adjecit.
Rajq è societat. regia Romij è theatro
Scheuchzeriano ao 1686. in fol. Testacco,
rum animalium historiam dedit Philipp.
Bonanni Jesuitaq in libro, cui titulq: Re,
creatio mentis & oculi in observatione
animalium testaceorum Italico sermone pri,
mum proposita, nunc latinè reddita & aucta
à P. Phil. Bonano Societ: Jesu Romae 1684.
in 4. Plantarum historiam praeter multos ali,
os recentiorum, qui in hoc studio elabora,
runt, accuratè dedit Joh. Rajq, cujq tom:
1. prodiit Londini 1686. in fol. tom secundq
ibid: ao 1688. in fol. jam antea Gallic: 1682
publicaverat idem Rajq Methodum plan,
tarum novam brevitatis ac perspicuitatis
causa in tabulis exhibitam etc. Londini in
8. Nec praetermittendi sunt, qui certi cu,
jusdam loci aut horti plantas describunt.
Sic Raulq Hermannq edidit catalogum
horti, Academia Lugduno Batavi, Lugd.
Batav. 1687. in 8. De Museo ejus pu,
blicq, quod post mortem ejus Academia
Lugdunensis emit. vid. Benthemiq im
Hollandischen Kirchen und Schulen Staat,
p. 1. cap. 3. p. 112. Sed & ejusmodi scri,

ptorum est ingens copia. Proinde unum ad hue addo, cuius recentissimum. Is est Pitton Tournefort, qui edidit Histoire des plantes, qui reissent aux environs de Paris avec leur usage dans la Medicine Parisiis 1698. in 12. Sed et omnes, qui argumenta physica particularia tractant, sollicite ipsos phaenomena eorundem recensere adeoq; historiam concinnare solent, e. g. prodiit Amstelodam. 1687. in 8. tractatus de Magnete, in quo historia Magnetis accuratissime exhibet. Huc et sequentes pertinent Anselmi Boot de lapidibus, Joh: de Laet de gemmis, Georg. Agricola Encelii et Libavii de metallis, Mortoffii dissertat. de transfusione metallorum, Capii de minevalibus, Kamphilii et Herilai Keating de aquibus califeris et regniferis. Ut a Francis. Baco à Verulamio de concinnanda historia naturali praecepta optima et accuratissima dedit, ita et specimine deesse posteris noluit. Scripsit nam. e. g. historiam vitae et mortis, quae seorsim Amstelodami 1663. prodiit. Porro et historiam ventorum et alia huc pertinentia scripsit, quae tum seorsim, tum in ejus operibus junctim editis extant. Hic nunc porro subjungendi sunt illi, qui certi regni aut provinciae historiam naturalem dederunt. Bernh. Balbinum aut Baronem Labassorem jam supra laudavimus. Nunc addimus Robert Sibaldum cujus Scotia illustrata s. Regni historia naturalis, opus ut titulus habet, vigesimo anno, rum jussu Caroli II. Britanniae Regis, prodiit Edenburgi 1684. in fol. Joh. à Laet edidit historiam naturalem Americae, vid quoq; Becmanni in historia geographica cap. 7. ubi historiam naturalem quartum minorum continentem exhibet. Praeterea Abbatis Kirchberg in Mundo subterraneo aliisq; scriptis

Georg. Wernberg de admirand. Hungariae aquis.

varia affert, ad historiam naalem partium orbis universis illustrandam egregie faciens. Loca Itineraria plerag multa singularia in hac historia naturalis parte submiserunt, quorum praecipua cum jam supra laudata sint, non necesse est, ut de iis hic quicquam addatur. Donec experimentorum scriptores hic offeremus, licet et illi historiam naturalem egregie illustrent, saltem illos praetermittere non possumus, qui res naturales, quarum in S. Scriptura injicitur mentio, enarrant. Sic de animalibus S. et stat Sam. Bochardi sacro Zoicon vasta eruditionis opus, quod in compendium redegit Henr. Ludg. Jam anta Wolffgangi Frantzii historiam S. animalium coeinnavit, quam quod in multis deficeret, supplevit atq continuavit Joh. Cyriacus prodiit Lips. a 1681. Pertinet huc Ursini arbor etiam Bibl. it. ejusd. herbarium et hortulus aromaticq, ut et Levini Lemnii explicationis nibilitudinum et parabolarum, quae in Bibliis et herbis atq arboribus describuntur. Rueus tractatus de gemmis S. Scripturae. Bartholini de morbis bibl.

§. 43.

Historia naali adjungendam esse historiam artium, docet Verulamius in dissert. it. p. 384. Est autem hoc artium historia duplex: alia n. modum tractandi et exercendi artes exhibet, alia ortum, progressum exhibet, et fata enarrat. Ad priorem classem pertinet idea theatri naturae et artis a Beuhero in methodo sua didactica part. II. exhibet ita, ut a principe quodam aliquod artis theatrum constituatur in votis habet Morhofius in Pol. L. 2. cap. 4. p. 343. Thom. Gazaeus in Gaza universale, omnes eo artes, omniaq officia ita exhibet, ut simul originem illarum inquirat. Sed longe accurate idem praestitit Christianus Weigelius in

der Abbildung der gruminen Alty und Jung
Stände von der Regenten mit ihren so
wol in gemein als Privat Zeiten Exer-
citien und Ordnungen, bis auf aller Kunst-
er und Handwerker nach jeder Amt-
ung Verrichtungen mit nach dem
Leben gezogen sind, und zu ihrer gebrauch
lichen nach dem Werkung, Nutzbarkeit und
Nutzung, Zeit, Ort, der gründlich be-
schrieben. Regenspurg ao 1698. in 4. Huc
etiam pertinet Bibliographia mathemati-
ca & artificiosa novissima Cornelij à Be-
vohen Amstelodami 1688. in 12.
et: Georg. Caspari Schediasma de curi-
osis Seculi nostri inventis, quorum accu-
vatiori cultui faciem praebuit antiquitas.
Porro multa ad hanc historiae partem con-
ducentia affert Guido Pancirollus in libris
duobus rerum memorabilium deperditarum
et recens inventarum, qui cum commentario
eruditissimo Henr. Salmuthi prodierunt, de qua
re ex instituto accuratius scripsit Polydorus
Vergilius, de rerum inventoribus, qui tamen non
eam adhibuit diligentiam atque curam, quam
opus adeo diffusum atque vastum requirere vi-
detur. Altera quae hic asseri possent, com-
modius dicent cum infra de Scriptoribus Mathe-
maticis fuerit dicendum. Quod si ad singula
ista descendere animus esset, infinitus se
aperiret campus. Sic de Typographiae origi-
ne ac inventione inter se disputant Boe-
hornius & Maittairius et Christoph. Mileus
de eadem arte typographica ex instituto
scripsit, ut nunc taceam Joh. de la Caille
historiam typographiae & Bibliopoliorum
ad primis originibus ad 1689. deductam
Parisiis eod. anno editam, jam supra
à nobis commemoratam.

§. AA.

Succedit tandem historia rerum moralium

aty civilium, quo nomine vity & antiquita
tes consuetudinesq Gentium tum veterum tum
modernorum designo. Et haec longe latey
se diffundit, scriptoresq quamplurimos nacta
est. Primo loco ponenq antiquitates Roma
nas, de quibus hodie praeclara meret Joh.
Georg. Grevius certissimos antiquitatum Ro
manarum scriptores, qui argumenta parti
cularia tractarunt sub titulo thesauri an
tiquitatum conjunctim edendo. Prius
& secundus tomus prodierunt Trajecti ad
Rhenum ao 1694. in fol. Caeteri deinceps.
Inter eos, qui uno velut systemate antiqui
tates Romanas complecti instituerunt, emine
bit Sigonius, quem uberiori commentatione illustra
vit Thomas Dempsterus Amstelodami 1655.
4. Joh. Baptista Casalius in libris 11. de ri
tibus veterum non romanorum tantum, sed
aegyptiorum quoq aty Graecorum ritus
edidit. Compendium elegantissimum edi
dit Petrus Jo
Petrus Josephus Canteleus Societ. Jesu de Rep.
R. de re militari & civili Romanorum
Ultrajecti. 1691. 8. sed & Henr. Rippingii
antiquitatum R. libri 4. pro compendio esse
possunt, prodierunt Bremae 1629. 8.
Sunt & alia compendia, quae indicare su
pervacaneum duco. Inter Scriptores, qui
argumenta peculiaria tractarunt, emi
net Cardinal. Sigonius. Hujus n. extat liber
de antiquo Jure Italiae Venet. 1560. 4.
& plura alia omnia optime nota. Dedit a
liter alia quae fastos consulares Hamburgi
1609. excusos. Huic jungendus & Onuphrius
Panvinius clarissimus quoq Romani antiqui
tatum indagator. Scripsit e. g. de ludis Circen
sibus, de triumphis fastorum quoq libros edidit
Venetiis 1558. in fol. Paulus Manutius quoq
hic commemorandus est, cujus liber de civitate
Rom. prodiit Romae 1585. in 4. ut nunc
caetera ejus scripta taceam. Guil. du Choul
& Jurisius edidit de religione castra meta

L.

tione disajuncta militari & balneis Romanorum Galliæ Lugduni 1556. & deinceps Saxonicis Italiæ quoq; & Hispaniæ & id latine junxerunt Elmstelod. 1686. in 4. Scriptor diligens est & eruditus & subinde ex nummis antiquitates illustrat Justus Lipsius quoq; in hoc campo egregie exercuit ingenii sui vires. Nam de militia Rom. & magnitudine urbis Romæ aliisq; id genus argumentis commentatus est. Quæ dam ejus dissertationes de argumentis partim, quibus Magistratibus scil. scriptura, nominibus, nummis etc. populi R. junctim prodierunt Franc. 1699. in 12. Sed præter Lipsium, Salmasius quoq; reliquit librum de re militari Rom. post obitum ejus Lugdun. 1657. in 4. editum. Quemadmodum & Ericus Puteanus de Stipendio militari Rom. scripsit Lovan. 1620. 8. Julius Cæsar Bulingeri quoq; varia extant scripta huc pertinentia, ut de Imperatore & Imperio R. lib. 12. Lugd. 1618. fol. it: de Spectaculis bellicis, tropæis & arcubus triumphalibus, 6. Parisiis 1601. 8. Luxum Romanum reprehendit Joh. Meursius in Roma luxuriante s. de Romanorum luxu Hagæ Comitum 1605. in 4. De funeribus Romanorum libros 4. edidit Joh: Kirchmannus Francof. 1692. in 8. Claudius Guichardus non Romanorum tantum, sed græcorum quoq; aliarum Gentium res funebres exposuit, prodiit liber ejus Gallice Lugduni 1581. in 4. Nec abludit hinc Jac. Guthericus de jure maritum, uxoris & de officiis domus augustæ librum scripsit Parisiis 1628. in 8. editum. De re monetali veterum Romanorum commentatus est Joh. Christoph. Wagenseilius Altdorffi 1691. in 4. Sed jam ante eum Hottomannus de re nummaria Roman. scripserunt. Lugd. 1589. 8. Justus Ricquius de Capitolio Rom: Lomponius Lætus de Magistratibus Rom. Sacerdotio, Jurisperitis & Le-

giby Lauly Herula de Comitiis Roman. itid: argumenta illustria portraetant et antiquitatiby Roman: lucem affundunt.

§. 45.

In graecis antiquitatiby illustrandis tantum non posuerunt industriam viri docti, quotquot tam ad Romanos attulerunt. Eo antiquius hue pro caeteris spectat Pausanias, Jac: Gronovig manibus in eo occupiat, ut graecas antiquitates eruat, ediditq; jam volumen thesauri graecarum antiquitatum Lugd: Batav. 169x. fol: uno volum: et velut per compendium quicquid graecarum antiquitatum scitu dignum est, completi quoq; voluit Joh. Philippus Pfeffer, editis libris 4. antiquitatum graecarum gentilium Leovardiae 1685. in 4. Nemo tamen fortasse inficiabitur meritò est de antiquitatiby graecis Joh. Meursio, cujus scripta spectant e.g. libri 6. lectionum Atticarum, liber de populis Atticae graecia feriata, s. de festis Graecorum lib. 6. Eleusinia s. de Cereris Eleusina sacro. Panathraea s. de Minerva illo gemino festo Archandes, Athenienses, Themis Attica et id genus alia diligenter enumerata ab Alberto Bartholino in Bibliotheca scriptorum Danicorum p. 80. et Joh. Mollero in hypomnematiby ad h. l. denig et Sam. Petity de legiby Atticis commentatiy et ex hoc ipso plurimas antiquitates graecorum egregiè illustravit.

§. 46.

Ebraicis antiquitatiby illustrandis plurimi operam suam impenderunt. Compendium velut quoddam exhibet Thom: Godwin, ejus liber Moses et Aaron s. civiles et ecclesiastici ritq antiquorum Hebraeorum saepiq recusq cum notis Joh. Heinr. Leidij et Hermanni Witsii Dissertationiby de Theocratia Israëlitarum et de Rechabitis. adhi a marg e editio, quae Bremae 169x. in 8. prodiit. Justi Systematis

antiquitatum Ebraeorum delineationem e Sibet. Ju
justy Pfeiffery in Critica Sacra p. 195 seqq: qu
& antiquitates ex ebraicas selectas edidit, quae
Lipsiæ 1685. in 12. prodierunt. Sed & passim
& aliis suis scriptis in antiquitatibus Ebraicis
illustrandis occupatur. Hottingeri opera va,
ria e.g. Thesaurus philologicus, jus Ebraeorum
etc: Lightfooti opera e.g. Hora Ebraeo, Tal,
mudica in 4. Evangelistas, item in Acta
Apostolorum, Leusdenii philologus Ebraeo mixtus,
Buxdorffii Lexicon Talmudicum, Ebraicis &
con Rabbinico, philologicum, utrumq; hic omni
no faciunt paginam. Nec tacendus hic Joh
Selden, qui variis scriptis comparavit, quam
utilitatem Juris cultor e his literis capere
queat. De Jure naturæ & gentium juxta
disciplinam Ebraeorum Lib. 7. scripsit Franco
furt: ad Oder. Ao 1695. in 4. recusos. Extra
præterea ejus opera hebraica, de Nuptiis &
divortiis & Jure civili veterum Ebraeorum lib. 3
et: de Successione in Pontificatum lib. 2. quæ omnia
conjunctim prodierunt Francof. ad Oder: 1695.
in 4. Ex Anglis porro ingenii vires in hoc
genere studiorum periclitari voluit Joh Spen
cer de legibus Ebraeorum ritualibus, & eorum
rationibus, prodierunt Cantabrigiæ 1685. in quo
opere licet hoc maxime illi constitutum sit
ut in rationes legum Mosaicas inquirat, non
raro tamen antiquitates ebraeas distinguit semper
feliciter, eo quod in auctoribus Ebraicis non satis
versatus sit. Quod ad institutum ejus præcipu,
um attinet, leges Ebraeorum ex Egypto arcessen,
ti in eo jam præcunctem SS. habuit Joh: Mars,
hamum in Canone Chronico supra jam à no,
bis memorato, sed hanc sententiam ex insti,
tuto & eandem revocavit Herman Witsius
in Aegyptiacis, quæ prodierant Amstelodami
an: 1696. in 4. Dom Hermanny Witsig
ut Ebraearum rerum & peritus, ita passim
in antiquitatibus hujus gentis illustrandis
operam suam collocat, præsertim in miscel,

laneis suis sacris, quorum editio altera prodiit Lugdun. Batav. 1695. 4. Caeterum fontes antiquitatum harum quaerendi sunt in scriptis Rabbinorum, praesertim v. ipso Talmude et Maimonide. Quos consulere cum non omnibus datum sit, sufficit eos nosse, qui quondam tractatus Talmudicos in Latinam linguam verterunt. Sic in Mischna tractatus Bava, Kama et Middoth notis illustratos dedit Constantinus l'Empereur ab Oppijck. Tractatum Jarna Roberti Sheringhami quem recudi comparavit addita comparatione expiationis annuae sacrificiis maxime in V. T. cum unica atque aeterna expiatione Jesu Christi Franequerae an. 1696. in 8. Codices Schabbat et Eruvin seb. Schmidius dedit tractatus Sanhedrin et Maccoth. Joh. Coccejus Masseget Sota cum excerptis germanicis. Joh. Christ. Wagenseilius Sotae et Polyhistor celeberrimus Masechet Schekalim in Joh. Hackspanii Thesauro, quem tractatum Latino suo Rabbinico philologico praemisit. Seo tractatus Talmudicos de sacrificiis, benedictione votis Nazaraeis jurantis et excessionibus etc. edidit Joh. Ulmannus an. 1663. Masechet Schabuoth s. tractatum de Jesuico Dan. Landius Trajecti ad Rh. 1694. 8. Septem denique tractatus Talmudicos in linguam latinam vertit Guil. Surenhusius, qui prodierunt Amstelod. 1698. in 4. Ad vocatos veteris scriptores Ebraeorum consulendus quoque est Josephus, qui graeco sermone usus est, et reliquit antiquitatum judaicarum lib. 20. de bello judaico lib. 7. et alia ad historiam judaicam pertinentia. Ipsum elegantissimae editionis fecit Eduardus Bernardus Angli, quae tum cum morte hujus videt interceptum, interim recentissima et editio Hudsoniana quae ipsius 1691. in fol. prodiit. De corruptis antiquitatum Ebraeorum apud Tacitum

& Martialem vestigijs Christiany Wormius dissertationem dedidit 1693. 4. Praeterea Lambg Vitringa Archisynagogum edidit Francofurti ao 1685. 4. in quo synagoga Judaica rity eruditè describit, & hoc ipso multas gentis hujg antiquitates egregiè illustrat. De vestitu sacerdotum Ebraeorum Joh. Drusius commentatus est, in quo tamen majorem rerum Ebraicarum notitiam nonnulli desiderant. prodiit Amstelodam: 1680. 4. Ant. Pyrai de calceis Ebraeorum extant lib. 2. cum ejusdem somnio de laudibg Critices editi Lugduni Batavorum 1682. 12. ejusdem Autoris de natali Jesu Christi lib. 2. cum dissertat: de Jesu Christi occasione prodierunt Amstelodami 1689. 4. in quibg itidem varia ad antiquitates Ebraeas spectantia pertractat. Nec praetermittenda hic sunt Johannis Frischmuthi Dissertat: variij argumenti e.g. de fusco Emissario, maximam partem ad antiquitates Ebraeas spectantes. Quibg generis non nulla sunt in dissertationibg Sevogtij junctim editis. De Nummis Ebraeorum peculiarem scripsit Henr: Corringius, quae in fasciculo 4. opusculorum ad historiam & philologiam S. spectantium reddidi curavit Thom: Crenius. Idem Crenius in eodem fasciculo exhibet Stanislai Osiandri librum de multiplici sicilo & talento Hebraeorum, quo it: de mensuris Hebraicis tam aridorum quam liquidorum, sed & in reliquis Crenij fasciculis multa exhibentur, quae h.l. commemorari possent. De Jure Regio Ebraeorum Schickardus scripsit, quem commentarijs illustravit Carpzovius de luctu Ebraeorum Mart. Geierus, cujg libellus altera vice prodiit Lipsiae Ao 1666. in 12. Sed finis non foret, si omnes recensere vellemus. Ultimo loco id saltem monebimus, in ultimo tomo Bibliorum criticorum Francofurti impressorum varia conjunctim exhibentur opuscula ad Rhi,

tologiam et antiquitates Ebraeas pertinentia
veterum Gentium orientalium ritu, consue-
tudines, antiquitates, ex Herbeloti Bibliothe-
orientali peti possunt, quam jam supra lau-
davimus.

§. 47.

Progredimur ad gentes Europeas hodie flo-
rentes, eos indicaturi, qui de illarum anti-
quitatibus commentati sunt, ubi primum ipsa
patria nostra Senonibus offert. Remotissi-
morum temporum antiquitates germanicas
ex C. Cornel: Taciti libro de moribus Ger-
morum peti solent, in quem Althamerus,
Kirchmeierus, Cyriacus, Lentulus, aliorumque
Commentarius huic instituto omnino inservi-
entes. Caeterum Nobil. Cluverius utramque hic
paginam facit, cujus Germaniae antiquae secundae
vice prodiit Lugd. Batav. 1631. fol. Ipse me-
dii aevi antiquitates erudite explicavit Ca-
rolus Hackenbergius in Germania media. Ver-
satissimus in hoc studiorum genere fuit Ger-
manus Conringius, cujus varia extant scripta
hanc doctrinae partem ceu egregie exornan-
tia e.g. de origine Juris Germanici, item de
habitu corporis Germanorum antiquo et no-
vi causis. Pertinent huc et historici non-
nulli inter scriptores historiae civilis supra
indicati, item inter scriptores particularium
regionum antiquitates Thuringicae, Sa-
xonicae antiquitates Brunsvicenses, Magdeburgi-
cae Helmstad: 1661. in 4. edita, et de gens alia-
rum antiquitatum Sueco-Gothicarum libros tres
scripsit Loccenius editos Holmiae 1654. 8. Olai
Rudbeckii Atlantica omnino huic locum
hunc occupat, quae antiquitatibus Sveticis
eruendis tota destinata est. Antiquitates Ger-
manicas Wormius et Bartholinus scripserunt, illig
prodierunt Hafniae 1651. fol: hujus ibid:
1689. in 4. Qui caeterarum gentium antiqui-

tates exposuerint, jam quodammodo indicatum est, tam de Scriptoribus historiæ civilis agendum, adeoque hic nihil addendum.

§. 48.

Ecclesiastica antiquitates cum alium locum sibi postulent, missis iis ad mores ac ritus modernos Gentium nos convertimus. In iis exponendis Geographi et itinerabria utrumque fruuntur plagium. Notandum hic tamen, quod Aurelius Anicius comes et 100. et pluribus excerpserit ea, quæ præcipuè memoratu digna sunt, edideritque lingua italica sub tit. Ulysses genio vagante: h. e. genius vagans. Bibliotheca curiosa et 100. et pluribus rarioribus collecta Parmæ ubi. in 12. brevi ea Joh. Bohemus libellum edidit de Gentium moribus non prorsus contemnendum. Vid. et Beemann in Geographia civili cap. 9. sect. 394. Possent huc referri et illi, qui ingenium et indolem cujusque Gentis describunt, sed

Joh. Barclaius in Icone animorum, Edo. Neuhusius in theatro ingeniorum et caeteri; sed hos indicabimus, cum ad Scriptores Moralitatis doctrinæ fuerit perventum. Cæremoniarum ac rituum civilium solemnium cum primis hic habenda est ratio, de quibus extat cæremoniale Gregorii Leti lingua Italica Amstelodami 1685. 12. 6 tomis editum. Prodiit quoque 1687. Tractatus politico, historicus de moribus, ritibus ac cæremoniis in aulis regum et principum legationibus, congressibus et conventibus magnatum ætatis Cosmopoli in 12. cujus Autorem Joh. Christophorum Wagenseilium ferunt. Denique et nonnulli historici ut Krachelius aliique Tuldenus in cæremoniis quoque describendis prolixi et operosi esse debent.

Caput VI.

De Scriptoribus Philosophicis.

§. 1.

Accedimus nunc ad alteram corporis decoratum par-

tem, scil. philosophiam, in qua, vel vtile progressu
mur, primo indicabimus Autores, qui historiam p
losophiam pertractarunt. Horum autem tan
dy est numerus, vt jam Joh: Jonsius librum pe
culiarem confecerit, in quo ejusmodi Scripto
res recensuit. Edidit nunc libros 4. de Script.
ribus historiæ philosophicæ Francofurti 1659.
4. Inter veteres in hoc campo meritò nunc
de versatur Diogenes Laërtius Jonsij editus c
multorum commentationibus illustratus. Recentis
sima editio, qua et pro optima habetur, est quam
Marcus Meibomius dedit in qua integra annot
tiones Isaaci Casauboni, Thomæ Morobrand
vi, Menici Casuboni et Aegidii Menagii exhibe
tur. Prodiit Amstelodami 1692. 4. Eutropij Sophista
à patria Sardiniano dicti idem de vitis Philosoph
rum ac Sophistarum librum reliquit, primum edit
Antverpiæ 1568. 8. postea Coloniæ 1596. editum. I
hi. paucos saltem complectitur, et cum Diogene
tiquan est conferendus. Dein censendum de Hes
chio illus

chio illustri, qui sub Justino et Justiniano vi
xit, scripsitq; de iis, qui eruditione floruerunt.
Vertit eum in Latinam Hadrianus Junius, pro
ditq; Antverpiæ ao 1572.

§ 12.

Ex recentioribus Joh. Gerhard: Vossius scri
psit librum de Philosophorum sectis, qui
cum continuatione et supplementis Joh. Jac.
à Lyssel recusus est Lipsiæ 1690. 4. Opus
tamen hoc imperfectum et Vossio vix di
gnum esse non nulli judicant. Georg. Hornius
idem argumentum aggressus, prodiitq; ejus
historiæ philosophicæ Lugd. Bat. ao 1655.
sed eo asperatus, qui reprehenderit, ut præfecta
suisq; numeris absoluta historia philoso
phica conscribuit, se non instructum fuisse
Autor ipse fatetur. Porro Conrad. Urstisius scri
psit historiam philosophicam continentem
veterum Philosophorum, qui quidem præci
pui fuerunt, studia ac dogmata moderno

L.

rum quæstionibus imprimis excogitata, Franc. quæ ao 1674. in 8. Den. Gracq. scripsit etiam specimina philosophiæ veteris in qua nova quædam ostendunt, ibid: ao 1673. in 8. Idem hunc editorem non eo studio, quo decebat, in argumento versatum esse, sed multa perperam eum asserere, veterumq. mentem saepiq. pervertere, palam est. Thom. Stanleij Angliæ historiam philosophicam accurate et diligenter scripsit, cujus partem aliquam historiam philosophiæ orientalis in linguam latinam vertit Jot. Clericq. addiditq. Tom. II. operum philosophicorum junctim Amstelod: ao 1699. editorum. Laudat. m.à nonnullis Theophili Galæi Philosophiæ generalis, sed hunc librum non videre licuit.

§. 3.

Nos primum sectas philosophorum perlustra, bimq. et scriptores ad unamquamq. pertinentes enumerabimq. Solent a. in veteres et recentiores dividi. Veteres philosophi i. Ebraei fue-

runt i. Gentiles. Gentilium philosophia iterum in barbaricam et Græcanicam dispescit. Quibq. à nonnullis additur Italica. Ad barbaricam pertinet Philosophia orientalis s. Asiatica, Chaldæorum, Persarum, aliarumq. Gentium, de quibq. Stanleij in historia philosophica orientalis. Celebris inter orientales Philosophos est Zoroaster, cujq. dogmata et sententias ex veteribq. collegit, edidiq. sub titulo Zoroastri Francisci patricij, ex quo postea compendium aliquod confecit Joh: Sefenig Medicus pragensis, cujq. libelli Witeberga ex anno est 1593. in 8. Indorum Philosophi sunt dicti Brachmannes, quorum crebra apud veteres fit mentio. Ex instituto historiam Indorum et Brachmannum scripsit Palladius, quem edidit Eduardus Bissæus Eques Auratus Philosophiæ moralis Indicæ Specimen exhibet liber, cui titulus: Kelite et Dimne, de quo vid. Itue

tig de origine fabul. Roman. p. 21. seqq: et Leo Allatig de Simeonum scriptis p. 182. vi dit hunc librum sub tit. speciem sapientiæ veterum Indorum græce et latine Sebast. Gotho Fred. Starckig Berolini 1697. 8. Nec Africa fuit philosophiæ expers, qn. Egyptig olim fuit Philosophiæ sedes et mater, palma tamen de Egyptiorum Philosophia ad nos pervenerunt. Referri in. huc potest Jamblichi liber de mysteriis Egyptiorum, in quo ad Porphyrii quæstiones respondet arcana Theurgiæ Gentilium explicat, rationibusq confirmat. Edidit hunc librum Thom: Gale Oxonii 1678. Mercurig trismegisty cel. Auctor Philosophiæ Egyptiæ celebrat, cujus scriptum aliquod supposititium circumfert sub titulo Poemandri, quod edidit et vastissimis notis commentario illustravit Hannibal à Rosselis, in quo quicquid potuit, in

eptiarum ex scholasticis congessit. De vita a. et scriptis Mercurij trismegisti vid. Lambecig in prodromo historiæ literariæ Cap. 1. §. 6. p. 134. seqq: Cumprimis Chymiæ inventio Egyptiorum Mercurio tribuit, qua de re vid. Olaq Borrichig in Hermetis sapientia. Sed adde qvæ Hermann: Conringig in libro de Hermetica Egyptiorum vetere et paracelsicorum nova medicina in qvo cum Borrichio hac de re disceptat. De symbolis et Hieographicis Egyptiorum scripsit Horapollo à Mercero, Hoschelio Causino aliisq edity ac notis illustratq. Extant et Pierii Valeriani Hieroglyphica Egyptiorum. Sed et Athanasig Kirchers in Oedipo aegyptiaco gobeam huc pertinentia subministrat, ut et Herman: Wirig in aegyptiacis jam supra à nobis laudatis. Et hæc quidem de Asiaticarum et

Africanarum Gentium veteri Philosophia sufficiant. Inter Europaeas Gentes veteres Thraces, gallig ob Philosophiae studium etiam fuere celebres. Quibg tamen Gothi si Olao Rudbeckio credimg, dubiam fecere palmam. Celebrat hic Zamolxes Pythagorae, à quo et Gothi et Thraces philosophiam suam accepisse dicunt Ouid: Loccenig in antiquitatibg Sueco, Gothicis p. 6. De philosophia Celtica extat dissertatio sub praesidio Ulrici Obrechti, Argentorati 1676. habita Celtarum atg Gallorum Philosophi vocabant Druides de quorum origine non nulla habet Edmundg Dickinson in Delphis Phoenizizantibg p. m: 186 seqq: add. Jul. Caesar lib. 6. De bello gallico c. 14. et commentatores ad h. l. Plinig lib. Hist: Nat: lib. 16. cap. 44. Strabo Geographiae lib. 4. Diod: Siculus Lib. 5. Cluverig in Germania antiqua Lib. 1. cap. 24. Ung adhuc addendg est, qui primo loco nominari debuisset. Otho Sperlingius, cuius extant antiquitates Philosophiae barbaricae, in quibg generatim veterum documenta de Philosophia barbari ea collegit.

§. 4.

Ad barbaricam philosophiam maximè accedit Italica, cuius Autor conditorg est Pythagoras. Vitam Pythagorae praeter Malchum atg Porphyrium scripsit Iamblichus Chalcedonensis, qui circa 1598. A. prodiit. Idem Iamblichus praeter librum de Egyptiorum mysteriis supra à nobis laudatum scripsit introductionem ad Arithmeticam Nicomachi Geraseni, in qua dogmata Pythagorica luculenter exponit. Edidit hunc librum Samuel Tennulius, Joachimi Camerarij explicationem in duos libros Nicomachi scripsit. Ipsig Philosophiae Pythagorae

yorica historiam ex recentioribus omnium accuratissime scripsit Joh. Scheffer in libro de Philosophia Italica, qui prodiit Upsaliæ 1664. 8. Ex scriptis Pythagoreorum pauca ad nos pervenerunt. Antiquissimum eorum, qui hodie supersunt, est Ocelli Lucani, qui an, è Aristotelem vixit, scripsit librum de universo, quem primum, ut non nulli putant, Ludov. Nogarola, deinde Emanuel Vitzanus Bononiensis edidit, notisq; illustravit. Reliquos est, dem in opusculis Mythologicis, physicis et Ethicis, quæ Conjunctim Thom. Gale Cantabri, giæ 1671. edidit, et altera vice cura Marci Meibomij Amstelodami 1688. 8. cum duetario quodam recusa sunt. In hacce collectione exhibentur etiam Palæphati de incredibilibus historiis, Heraclyti de incredibilibus, Antigoni de incredibilibus. Erathostenes Cyrenæus de Catasterismis. Sphærum Scholia, tibi Schurmanni aut Ernsti de natura Deorum, Sallustij de Diis et mundo, Homeri Poetæ vita, Heraclydis in Homericas de Diis sententias allegoriæ, Ocelli Lucani de universa natura, et Timæi Locri, de Animæ mundi, alia opuscula Theophrasti characteres Ethici. Demophili similitudines, Democratis Philosophi aureæ sententiæ, qui ultimi tres Philosophi fuerunt Pythagorei, quorum opuscula prius à tenebris eruit, notisq; suis illustrata Romæ 1638. edidit Leo Allatius. Porro in hoc opusculo conspiciuntur festi Pythagorei sententiæ è græco olim in latinum à Ruffino versæ et Xysto Romanæ Ecclesiæ Episcopo falso attributæ. Quin et alia fragmenta Pythagoreorum in hac collectione exhibentur. Non prætermittendum quoq; sit Flavij Philostrati in vita Apollonii Thyanæi, quippe in qua multa Philosophiæ Pythagoricæ dogmata

explicat, prodiit Venetiis 1502. fol: Inter dogmata Philosophiæ Pythagoricæ eminet illud de harmonia mundi, quod recentiori ætate revocavit Franc: Georgius Venetus, cujus hac de re liber extat inter scriptores Cabbalisticos Basileæ 1587. junctim editos de Metempsychosi quam itidem Pythagoras docuit; Extat dialogus Ambrosii Rhodii Hafniæ 1638. editus, ut Magnini Gudentii dissertatio de pythagorica transmigratione animarum, quæ prodiit Pisis 1671. Jac. Carpentarii dissertatio de Metempsychosi Pythagoræ reperitur in ejus Commentario in Horatium p. 378. Ad moralia pertinent tum Symbola Pythagoræ tum carmina, ut vocant, aurea Pythagoræ. Quamquam quod ad hæc attinet, constat ea perperam ipsi Pythagoræ tribui, utut forte à Pythagoreo quodam sint profecta. Sepius edita sunt et ab ejusdem generis

674. cum Isocratis quibusdam orationibus et Plutarchi libello de puerorum educatione prodierunt Jenæ in 8. Extant et virorum doctorum in hæc carmina commentationes, quos inter recentissimus est Magnus Daniel Omeisius, qui cum aute regendi affectu, Ethica pythagorica commentarium hucce adjunxit Altorffi 1693. in 8. Sed jam olim Schaffeg Professor quondam celeberrimus Ethicam Pythagoræ dissertatione quadam exhibuerat. Disciplinam autem Pythagoricam eleganti et erudita dissertatione delineavit Joh. Schilterus Altorfinus addita est manuductioni ejus Philosophiæ moralis ad Jurisprudentiam Symbola denique Pythagoræ præter alios interpretatus est Erasmus Roterodamus in Chilia, dibus. Pertinet huc etiam Joh. Rondelli dissertatio de genio Pythagoræ gallice scripta

que prodiit Amstelodami 1690. 12. Ne
praetermittendo hic Joh. Meursij cuj
Stat denarij pythagorici, si de nume
rorum usu ad denarium gradilate e
nominibus secundum Pythagoricos Lugdun:
Batav. ao 1687. 4.

§. 5.

Graecanica Philosophia dividi solet in
poëticam, Jonicam, et Eleaticam. De poë
tica nihil dicemus, cum historia mythologi
ca jam supra injecta sit mentio, ut et scri
ptorum, qui de Sibyllis graecis ac latinis e
gerunt. Jonica autor fuit Thales
Milesius, unus e septem graeciae sapientibus,
de quorum Philosophia morali in nostris
dissertationibus e instituto egimus. Theo
gonem ejusq; theologiam peculiari dis
sertatione explicuit Joh. Andreas Schmi
dius Jenae 1688. Fuit autem et is schola
Jonica Philosophus. Eadem schola tan

dem prodiit Socrates vir omnium judicio
longe sapientissimus. Hic nihil equidem scri
psit, doctrina tamen ejus utcunque cognosci potest,
e Xenophontis libris de dictis memorabi
libus Socratis, quos in linguam gallicam bran
stulit Charpentier, qui et vitam Socratis
elegantem scripsit. Utrumque librum e lingua
gallica in Germaniam transtulit celeberrimus
Thomasius noster. Gallice tertia vice utro
que est Amstelodami 1699. in 12. Cebe
tis tabula cebetis pro genuino socratica
rum doctrinae monumento a non nullis habetur.
Ea in arabicam quoq; linguam translata
fuit, uti patet e editione Elichmanni,
quae habet optima, et habet prodiit Lugd:
Batav. 1640. Extant n. in tabulam Ce
betis dissertationes Augusti Mascarij, cu
jus editio prodiit 1693. 8.

§. 6.

Socratis plurimi fuerunt discipuli, qui no-
vas sectas condiderunt, inter quas tamen
